LJS BIBLIOTHECA
SCHOENBERGENSIS
25
SCHOENBERG DATABASE
OF MANUSCRIPTS LJS

.. p[ri]mi .. methaph[ysice]

[illegible]

capit[u]la p[ri]mi lib[ri]

[illegible]

capit[u]la .2. lib[ri]

[illegible]

capit[u]la .iij. lib[ri]

~~Quot ...~~ capit[u]la

[illegible] ... an .. solue[r]e ne[quiverit] ...

... mou[et] .9. dubitac[i]o[n]es ... admod[um] ... ...

... mou[et] .19. q[ues]tiones ...

... disputat ut[rum] p[er]tineat ad unam sc[ient]iam ... ... o[mn]ia ... ...

... disputat ut[rum] p[er]tineat ad unam sc[ient]iam ... ... p[ri]n[cipi]a ... ...

... disputat ut[rum] p[er]tineat ad una[m] sc[ient]iam ... ... in lib[r]o .4. capit[u]lo .3.

... mou[et] ... q[uaestionem] ... ut[rum] ... aliq[ui]d ... p[re]t[er] s[e]nsibiles ... ... ut[rum] sit unu[m] g[e]n[us] ...

... mou[et] ... q[uaestionem] ... ut[rum] ... ... disputat eas. —

... mou[et] ... q[uaestionem] ut[rum] ... sit s[e]p[ar]ata a s[e]nsibilib[us] ... ut[rum] sit ad s[e]p[ar]atu[m] ... ... disputat eas.

... mou[et] q[uaestionem] ut[rum] sit una ... o[mn]iu[m] ... disputat ... ... .12. ...

... ut[rum] sit ead[em] p[ri]n[cipi]a co[rr]upt[ibilium] et inco[rr]upt[ibilium] ... ... remouet ... ... .12. capit[u]lo .3.

... ut[rum] unu[m] ... sit ... ...

... ut[rum] ... sup[er]ficies ... ut ... sit ... ... s[e]p[ar]at[a] ad ... p[ar]te.

... ut[rum] ... sit ... p[ri]n[cipi]a ... ... disputat ad ... p[ar]te. —

... ut[rum] p[ri]n[cipi]a sit ... ... sit ... ... disputat ut[rum] ...

capit[u]la .4.^ti lib[ri]

~~Quot lib[er] ... capit[u]la.~~

... d[e]t[er]minat q[uod] ... sc[ient]ia ... ens i[n] q[uan]tu[m] ens. ... ...

... d[e]t[er]minat ... ... o[m]nib[us] ... ... lib[r]o .3. ca. ...

... unu[m] ... ... methaph[ysice] ... ... unu[m] ...

... ...

... ...

... ...

... ...

... ...

... ...

... ... cognus.

... ...

... ...

... ... soluit ea.

... ... potest.

... disputat ... ...

... disputat ... ...

... ...

capit[u]la .5.^ti lib[ri]

~~Quot lib[er] ... capit[u]la~~

... distinguit quot mod[is] ... ...

... disting[uit] ... ... modos ... ...

... ...

... disting[uit] ... elementu[m].

... disting[uit] ... natura.

... disting[uit] quot mod[is] d[icitu]r ... —

... disting[uit] q[uo]t mod[is] d[icitu]r unu[m] et multu[m].

... distinguit quot mod[is] d[icitu]r e[ss]e.

... distinguit quot mod[is] d[icitu]r ...

... disting[uit] q[uo]t mod[is] d[icitu]r aliq[ui]d ead[em] ... quot mod[is] d[icitu]r aliq[ui]d diu[er]sa.

... quot mod[is] d[icitu]r aliq[ui]d differentia.

... d[e]t[er]minat d[e] similib[us].

... d[e] opp[os]itis.

... d[e] p[ri]us.

... d[e] diu[er]sis.

... d[e] po[tentia].

... distinguit ... potentia ... potestas. —

... d[e]t[er]minat d[e] q[uan]titate.

... d[e]t[er]minat d[e] q[ua]litate.

... d[e]t[er]minat d[e] relatione.

... d[e] p[er]f[e]c[t]o.

... d[e]t[er]mino d[e] fine.

... d[e] p[ri]n[cipi]o.

... d[e]t[er]minat d[e] dispositione ...

... d[e]t[er]minat d[e] habitu.

... d[e]t[er]minat d[e] passione.

... d[e]t[er]minat d[e] p[ri]uatione.

... d[e]t[er]minat d[e] h[ab]ere.

... d[e] e[ss]e ex aliq[uo].

... d[e]t[er]minat d[e] p[ar]te.

... d[e]t[er]minat d[e] toto.

... d[e]t[er]minat d[e] colobon. —

an[n]o d[omi]ni ... 368. ... xx. ...
habi[tu]s ... cu[m] ... sup[er] ...
...

m. 3ᵒ. d[e]t[er]minat de g[e]n[er]e [et] q[uo]t modis d[icitu]r aliqua diu[er]sa g[e]n[er]e. —
m. 4ᵒ. d[e]t[er]minat de falso.
m. 5ᵒ. d[e]t[er]minat de accidente. —

capla. 6. libri.

lib. 6. [con]tinet 4ᵒʳ capla.
m. pᵒ. [quod] d[e]us [pre]fertur ad alias. —
m. 2ᵒ. d[e]t[er]minat de uno modo entis de q[uo] p[ri]m[o] n[on] i[n]tend[it] ...   tu [in]tend[it] [con]clud[it]
m. 3ᵒ. exclud[it] opp[ositi]o[n]e[m] eor[um] q[ui] ponebat ...
... ad qua[m] ea reducu[n]t[ur].
m. 4ᵒ. d[e]t[er]minat de ente q[uod] signi[fi]cat u[er]itate[m] [pro]po[siti]o[n]is. —

capla. 7. lib.

lib. 7. h[abe]t 14 capla.
m. pᵒ. [quod] p[re]dicta sc[ient]ia e[st] necess[aria] d[e]t[er]minare de s[ubstanti]a ... ex [con]s[id]era[tion]e p[ri]m[o] o[mn]i[u]m ... modis s[cilicet] t[em]p[o]r[e] diffi[niti]one [et] cog[nitio]ne ...
[illegible]

capla. 8. libri.

[illegible]

capla. 9. libri.

[illegible]

capla. x. libri.

[illegible]

capla. xi. lib.

[illegible]

capla. 12. lib.

[illegible]

⁊ solut cas.

Item q̄r̄itur utrum bonum ⁊ finis uniuersi sit d[e]i separat[um] [illegible] ul͛ ni͛ē est
solum i ordine uniuersi primum ad uniuersum ⁊ solut. [illegible] d bono
i ordine uniuersi supp[er]ponens aliorum.

~~Explicit hi q[ue]st. [illegible] ph[ilosophi]e [illegible]~~

autem est bonum uniuscuiusque. Totaliter autem optimum in natura omni. Ex omnibus ergo que dicta sunt in eandem cadit scientiam quesitum nomen. Oportet enim hanc primorum principiorum et causarum esse speculativam. Et enim bonum et quod cuius gratia una causarum est. Quod autem non activa, palam et ex primis philosophantibus. Nam propter admirari homines nunc et primum inceperunt philosophari, a principio quidem pauca dubitabilium mirantes, deinde paulatim sic procedentes et de maioribus dubitantes, ut de lune passionibus et de hiis que circa solem et astra et de universi generatione. Qui vero dubitat et admiratur ignorare videtur. Quapropter et philomithes philosophus aliqualiter est; fabula namque ex miris constituitur. Quare si ad ignorantiam effugiendam philosophati sunt, palam quia propter scire studere persecuti sunt et non usus alicuius causa.

Testatur autem ipsum quod accidit. Nam fere cunctis existentibus que sunt necessariorum et ad valitudinem et ad productionem ad voluptatem et ad eruditionem talis prudentia incepit queri. Palam ergo quia propter nullam ipsam querimus aliam necessitatem, sed ut dicimus homo liber qui suimet et non alterius causa est, sic et hec sola libera est scientiarum. Sola namque hec sui ipsius causa est. Propter quod et iuste non humana putetur eius possessio. Multipliciter enim hominum natura serva est. Quare secundum Symonidem solus deus hunc habet honorem. Virum vero non dignum non querere que secundum se est scientiam. Si autem dicunt aliquid poete et divinum natum est invidere, in hoc contingere maxime verisimile, et hoc esse omnes superfluos infortunatos. Sed nec divinum invidum esse contingit, sed secundum proverbium multa mentiuntur poete. Nec tali aliam honorabiliorem oportet existimare. Nam maxime divina et maxime honorabilis. Talis autem dupliciter utique erit sola. Quam enim maxime deus habet divina scientiarum est, et utique si qua sit divinorum. Sola autem ista ambo hec sortita est. Deus enim videtur causa omnibus esse et principium quoddam, et talem aut solus aut maxime deus habet. Necessariores quidem igitur omnes ipsa, dignior vero nulla.

Oportet tamen aliqualiter constituere ordinem ipsius in contrarium nobis earum que a principio questionum.

Incipiunt quidem enim omnes ut diximus ab admirari si ita habet quemadmodum mirabilium automata nondum speculantibus causam aut circa solis conversiones aut diametri incommensurationem. Mirum enim esse videtur omnibus si aliquo non minimo non mensuratur. Oportet autem in contrarium et ad dignius secundum proverbium consummare quemadmodum et in hiis cum addiscunt. Nichil enim ita mirabitur vir geometricus quam si diameter commensurabilis fiat. Que quidem sit natura scientie quesite dictum est, et quid sit intentio quam oportet adipisci questionem et totam methodum.

Quoniam autem manifestum quia causarum que a principio oportet sumere scientiam. Tunc enim scire dicimus unumquodque quando primam causam putamus cognoscere. Cause vero quadrupliciter dicuntur, quarum unam quidem causam dicimus esse substantiam et quod quid erat esse. Reducitur enim ipsum propter quid ad rationem ultimam, causa autem et principium ipsum propter quid primum. Unam vero materiam et subiectum. Tertiam autem unde principium motus. Quartam vero causam ei oppositam, quod cuius causa et bonum. Finis enim generationis et motus omnis hic est. Sufficienter quidem igitur de hiis speculatum est a nobis in hiis que de natura. Accipiamus tamen et nobiscum priores ad entium perscru

rationem venientes et de veritate philoso-
phati sunt. Palam enim quia et illi principia quedam
et causas dicunt. Supervenientibus ergo erit aliquid pre opere
methodo que nunc. Aut enim aliud aliquod cause
genus invenientur aut nunc dictis magis cre-
demus. Primum igitur philosophantium plurimi so-
las eas que in materie specie putaverunt omnium
esse principia. Nam ex quo sunt omnia entia et
ex quo fiunt primo et in quod corrumpuntur ultimo, substan-
tia quidem manente passionibus vero mutata, hoc
elementum et hoc principium dicunt esse entium. Et propter
hoc nec generari nichil putant nec corrumpi, quasi
tali natura semper conservata. Sicut nec Socrate[m]
neque generari simpliciter quando fit bonus aut mu-
sicus, nec corrumpi quando deponit habitus
istos propter id quod subiectum maneat Socrates ipse,
sic nec aliorum nichil. Oportet enim esse aliquam naturam. Sed
unam aut plures una ex quibus fiunt alia, il-
la conservata. Pluralitatem tamen et speciem talis prin-
cipii non idem omnes dicunt. Sed Thales quidem huius
philosophie princeps aquam ait esse. Unde et terram
esse super aquam asseruit. Forsan hanc
opinionem accipiens quia cunctorum nutrimentum
humidum videbat esse. Et ipsum calidum ex
hoc factum. Et ab hoc vivere. Ex quo fit non
hoc est principium omnium. Propter hoc ergo eam accepit
existimationem. Et quia cunctorum spermata naturam
habent humidam. Aqua vero nature principium est humidis.
Sunt autem aliqui qui antiquos et multum
ante eam que nunc est generationem et primos theologi-
zantes sic putant de natura existimasse. Oc-
eanum enim et Thetim generationis patres fe-
cerunt. Et iuramentum deorum aquam ab
ipsis poetis vocatam. Honorabilius enim
antiquius. Iuramentum autem quod honorabi-
lius est. Si ergo aliqua antiqua et prisca
existit de natura opinio, forsan utique incer-

tum est. Thales quidem dicitur hunc modum
pronuntiasse de prima causa. Ypponem
quidem non utique aliquis dignabitur ponere
cum hiis propter sue intelligentie vilitatem.
Anaximenes autem et Dyogenes
aerem priorem aqua et maxime principium
simplicium corporum ponunt. Ypasus
autem Methapontinus et Eraclitus Ephe-
sius ignem. Empedocles vero .iiii. cum
dictis terram addens quartum. Hec namque di-
xit semper manere et non fieri nisi pluralitate et pau-
citate, congregata et disgregata in unum
et ex uno. Anaxagoras vero Clazo-
menius etate quidem prior hoc existens, operibus vero
posterior infinita dicit esse principia. Nam
fere omnia partium similium ut ignem aut
aquam ita generari et corrumpi ait, congrega-
tione et disgregatione solum. Aliter autem nec
generari nec corrumpi sed permanere sempiterna.
Ex hiis quidem igitur solam quis causam
intelliget utique eam que in materie specie dicitur.
Procedentibus autem sic ipsa res viam eis
fecit et querere coegit. Si enim quam maxime
omnis generatio et corruptio ex aliquo uno aut
pluribus est, quare hoc accidit et que causa? Non enim utique
facit ipsum subiectum transmutare se ipsum.
Dico autem velut neque lignum neque es causa
alterutrius ad mutationem est causa. Hoc autem
querere est aliud principium querere, velut nos
dicemus unde principium motus. Omnino quidem igitur a prin-
cipio talem tetigerunt. Et unum esse subiectum
dixerunt, nichil difficultatis sibi ipsis
fecerunt. Verum quidam unum esse dicentium
quasi ab ea questione devicti ipsum unum im-
mobile dicunt esse et naturam totam non solum
secundum generationem et corruptionem. Hoc enim est antiquum
et quod omnes confessi sunt esse, verum et secundum aliam

…ales milesius

pmenidi

mutationem omnem ... principium. V-
num quidem solum dicentibus ... esse ... talem
tertie causam ... forte procedendi. Et
secundum virtutem quidem solum unum sed quidem duas ali-
qualiter ponit esse causas. Pluribus vero facientibus
magis contingit dicere ut ipsum calidum et frigidum
aut ignem et terram. Utuntur enim quasi motivam
habente natura igne, aqua vero et terra et hiis contrariis.
Post hos autem et talia principia tamquam non
sufficientibus existentibus generare naturam, iterum
ab ipsa veritate velud dictum est coacti
habitum quesierunt principium. Propter enim esse et bene hoc
quod eorum quedam sunt habere, illa vero fieri, forsan nec
ignem nec terram nec aliud talium nichil nec
verisimile causam esse nec illos quoniam existi-
mare. Nec iterum ipsi automato et fortune
tantum committere rem bene habere. Dicens quidem aliquis
intellectum inesse quemadmodum in animalibus et in natura
causam mundi et ordinis totius, ut excitatus appa-
ruit priores preter convenientia dicentes. Pa-
lam quidem quod Anaxagoram scimus hos sermo-
nes tetigisse. Causam vero habet prius Hermotimus
Clazomenius dicendi. Hic quidem igitur opinantes si-
mul bene causam principium existentium esse posuerunt.
Et talem unde motus existentibus inest. Su-
spicabitur autem utique aliquis Hesiodum primum quesisse
se huiusmodi. Et utique si aliquis alius amorem aut deside-
rium in existentibus quasi principium posuisset, ut Parmeni-
des. Et enim hic construens mundi univer-
si generationem. Primum quidem ait deorum amorem co-
ntrivit prudentem omnibus. Hesiodus vero omnium
principium chaos fuisse. Post hoc terram latam
et amorem qui omnia condecet immortalia. Qua-
si necessarium sit in existentibus esse causam que res ipsas
moveat et congreget. Hos quidem igitur quomodo opor-
tet distribuere de hiis quis prior licebit iu-
dicare postea. Quoniam vero contraria bonis in-
esse videbatur in natura, et non solum ordinatio
et bonum, sed inordinatio et turpe, et plura
mala melioribus et prava bonis: sic alius
aliquis amorem induxit et litem singularum sin-
gulorum causam horum. Si quis enim assequatur et accipi-
at ad intellectum et non ad que balbutit dicens
Empedocles, inveniet amorem quidem causam
esse agathorum, litem vero malorum. Quare si quis
dixerit quodammodo dicere et primum dicere Empedo-
clem bonum et malum principia, forsan bene di-
cet: si bonorum omnium ipsum bonum est causa et ma-
lorum malum. Isti quidem igitur sicut diximus et usque ad
hoc duas causas tetigerunt quas in physicis de-
terminavimus, materiamque et id unde motus, obscu-
re quidem et non manifeste, sed quemadmodum in bellis ineru-
diti faciunt. Et enim illi circumducti sepe bo-
nas plagas faciunt, sed nec illi ex scientia, nec isti assi-
milati sunt scientibus dicere quod dicunt. Nusquam enim
fere utuntur hiis sed parum. Anaxago-
ras enim tamquam machina utitur ad mundi generationem in-
tellectu. Nam quando dubitaverit quare causam ex necessita-
te est, tunc attrahit ipsum, in aliis vero omnia ma-
gis aut plus quam intellectum causat. Et Empedocles plus
quam hic utitur causis, sed tamen nec suffi-
cienter nec in hiis invenit quod confessum est. Multotiens
igitur apud ipsum amor disgregat, lis
autem congregat. Nam cum in elementa quidem ipsum omne
a lite distrahitur, tunc ignis in unum et aliorum
elementorum singula congregantur. Cum autem iterum in
unum ab amore conveniunt, necesse ex unoquoque
iterum particulas segregari. Empedo-
cles quidem igitur preter priores primus hanc causam
dividens induxit, non unum faciens motus
principium, sed diversa et contraria. Amplius autem que ut in
materie specie dicta elementa quatuor primus dixit, non tamen

utitur vero quatuor sicut duobus existentibus solis,
igne quidem per se, oppositis vero ut una
natura terra et aere et aqua. Sumet autem
utique aliquis id speculans ex hiis. hic
quidem ergo sic dicimus, sic et tot dixit prin
cipia. Leucippus vero et collega eius De
mocritus elementa quidem plenum et inane
dicunt esse, dicentes velud hoc quidem ens,
illud vero non ens. horum autem plenum quidem
et solidum ens, inane vero non ens. propter quod
et nichil magis ens non ente dicunt esse,
quia nec inane corpore. Causas autem entium has
ut materiam. Et quemadmodum qui unum fa
ciunt subiectam substantiam alia passionibus eius
generant, rarum et spissum principia passionum
ponentes, eodem modo et hii differentias causas
aliorum esse dicunt. has vero tres dicunt esse:
figuram, ordinem et positionem. Differe
autem aiunt ens rismo et diatigi et
tropi solum. horum autem rismos figu
ra est, et diatigi ordo, et tropi positio.
Differt autem A ab N figura, AN autem ab
NA ordine, Z autem ab N positione.
De motu vero unde aut quomodo inest exi
stentibus, et hii aliis similiter neglige
nter dimiserunt. De duabus quidem ergo causis ut
diximus tantum videtur esse quesitum prius.

In hiis autem et ante hos vocati pi
thagorici mathematicis tangentes primo
ea produxerunt. Et in eis nutriti, horum
autem omnium esse principia putaverunt. Horum autem
quoniam numeri natura sunt primi, et in numeris vide
bantur multa speculari similitudines existenti
bus et factis magis quam in igne et aqua et ter
ra. Quia talis quidem numerorum passio iu
stitia. Talis autem anima et intellectus. Ali
a vero tempus et aliorum ut est dicere unumquodque

sunt. Amplius autem et armonie in numeris
speculantes passiones et rationes. quoniam
et alia quidem numeris secundum naturam esse vide
bantur assimilata esse, numeri autem omnis
nature primi, elementa numerorum existentium elementa omni
um existimaverunt. Et totum ce
lum armoniam esse et numerum. Et quecumque hab
ebant confessa monstrare et in numeris
et in armoniis ad celi passiones et
partes et ad totum ornatum, ea hec colli
gentes adaptabant. Et si quid ali
cubi deficiebat, adnectebant ut
ipsis totum negotium esset connexum. Di
co autem puta quoniam perfectus denarius
esse videtur et omnem complexus numerorum naturam,
et que secundum celum feruntur x quidem esse dicunt. Ho
rum autem ix existentibus manifestis, io
ancthonam decimam faciunt. De
hiis autem certius est in aliis a nobis deter
minatum. Sed cuius quidem gratia supervenimus,
hoc est ut accipiamus et de hiis
que ponunt esse principia, et quomodo in dictas
cadunt causas. Videntur igitur et hii numerum
putare principium esse et ut materiam
existentibus, et ut passiones et habitus. Nu
meri vero elementa par et impar, et horum hoc quidem
finitum, illud vero infinitum. Unum autem ex
hiis utrisque esse. Et enim par esse et impar.
numerum vero ex uno. numeros autem sicut dictum
est, totum celum. Eorumdem autem alii x
dicunt esse principia secundum coelementationem dicta: finitum
et infinitum, par et impar, unum et plurale, dex
trum et sinistrum, masculinum et femini
num, quiescens et motum, rectum et curvum,
lucem et tenebras, bonum et malum, quadra
gulare et longius altera parte. Quemadmodum vi
detur Alcmeon Crotoniates suscipere, et aut hic

ab illis: aut illi ab hoc hanc sumentes acceperunt. Etenim sunt etate Alcmeon sene existente Pythagora, hiis vero consimiliter enuntiavit. Ait enim esse duo multa humanorum, dicens contrarietates non sicut hii determinatas sed quascumque, ut album nigrum, dulce amarum, bonum malum, magnum parvum. Hic quidem indeterminate proiecit de aliis. Pythagorici vero et que et quot contrarietates enumeraverunt. Ab hiis quidem ambobus tantum est accipere quia contraria sunt existentium principia. Quot vero ab aliis et que hec sunt. Qualiter autem ad dictas causas contingit adducere plane quidem non est dearticulatum ab illis. Videntur autem ut in materie specie elementa ordinare. Ex hiis enim ut ex hiis que insunt componi et plasmari dicunt substantiam. Antiquorum quidem igitur etiam nunc plura dicentium elementa ex hiis sufficiens est intellectum speculari. Sunt autem aliqui qui de omni una quam existente natura enuntiaverunt, modo vero non eodem omnes nec ipsi bene nec ipsi secundum naturam. Ad presentem quidem igitur causarum perscrutationem nullatenus congruit de ipsis sermo. Non enim ut physiologorum quidam qui unum ponentes ipsum ens tamen generant quasi ex materia ex uno, sed alio dicunt hii modo. Illi namque motum apponunt ipsum omne generantes, hii vero immobile dicunt esse. Attamen tantum congruens est presenti speculationi. Parmenides quidem enim videtur unum esse secundum rationem tangere, Melissus vero ipsum secundum materiam. Quapropter et hic quidem finitum, ille vero infinitum id ait esse. Xenophanes vero primus horum unum dicens, Parmenides enim huius dicitur discipulus, nichil explanavit, nec de natura horum neutra visus est tangere, sed ad totum celum respiciens ipsum unum

unum dicit esse deum. Hii quidem igitur sic ut diximus permittendi sunt ad presentem inquisitionem, duo quidem et penitus tamquam existentes parum agrestiores, Xenophanes et Melissus. Parmenides autem magis videns visus est dicere. Nam preter ens non ens nichil dignatus esse, ex necessitate ens opinatur unum esse et aliud nichil. De quo manifestius in physicis diximus. Coactus vero apparentia sequi, et unum quidem secundum rationem, plura vero secundum sensum opinans, duas causas et duo principia rursus ponit, calidum et frigidum, ut ignem et terram dicens. Horum autem hoc quidem secundum ens calidum ordinat, alterum vero secundum non ens. Ex dictis quidem igitur et a consedentibus iam sapientibus hoc accepimus: a primis quidem corporeum esse principium. Aqua namque et ignis et talia corpora sunt. Et ab hiis quidem unum, ab illis vero plura principia corporea, utrisque tamen hec ut in materie specie ponentibus. A quibusdam vero hanc causam ponentibus et cum hac illam unde motus, et hanc ab hiis quidem unam, ab illis vero duas. Usque ad Ytalicos igitur et absque illis mediocrius dixerunt alii de ipsis. Attamen ut diximus duabus sunt causis usi. Et harum alteram hii quidem unam, illi vero duas faciunt, ipsam unde motus. Pythagorici vero duo quidem principia dixerunt secundum eundem modum. Tantum vero addiderunt quod et proprium eorum est, quia finitum et infinitum non alias quasdam putaverunt esse naturas ut ignem aut terram aut aliud aliquod tale, sed infinitum ipsum et unum ipsum horum esse substantiam de quibus predicantur. Quapropter et numerum esse substantiam omnium. De hiis quidem igitur hoc enuntiaverunt modo. Et de eo quod quid est et dicere et diffinire ceperunt. Valde autem simpliciter tractaverunt. Superficialiter enim diffinierunt, et cui primo inesset

dictus terminus, hoc esse substantiam rei putaverunt. ut si quis existimet idem esse duplum et dualitatem eo quod primum inest duobus duplum. sed fortasse duplo et dualitati non idem est esse. si autem non, multa ipsum unum erit. quod et illis accidit. Ex prioribus quidem igitur et aliis tot est accipere.

Post dictas vero philosophias platonis supervenit negotium. in multis quidem hos sequens. alia vero et propria praeter ytalicorum philosophiam habens. Nam ex novo consuetus est cratilo et eracliti opinionibus quod sensibilibus omnibus semper defluentibus et scientia de eis non existente. haec quidem et postea ita suscepit. Socrate vero circa moralia negotiante et de tota natura nichil. in hiis tamen universale quaerente et de diffinitionibus primo intellectum firmante. illum suscipiens propter tale putavit hoc de aliis fieri. et non de sensibilium aliquo. Impossibile namque est communem rationem esse alicuius sensibilium semper transmutatorum. Hic itaque talia specierum et ydeas entium appellavit. Sensibilia vero praeter haec et secundum haec dici omnia. Nam secundum participationem esse multa univocorum speciebus. Participationem vero solum nomen transmutavit. Pictagorici quidem enim entia dicunt esse numerorum imitatione. plato vero participatione. nomen transmutans. participationem tamen aut imitationem quae sit utique specierum dimiserunt in communi quaerere. Amplius autem praeter sensibilia et species mathematica rerum dicit esse intermedia. differentia a sensibilibus quidem quia sempiterna sunt et immobilia. a speciebus autem eo quod haec quidem multa quaedam similia sunt. species autem ipsa unumquodque sola. Quoniam autem species causae sunt aliis illarum elementa omnium putaverunt existentium elementa esse. Ut quod materiam magnum et parvum esse principia. ut autem substantiam unum. Ex illis enim secundum participationem unius species esse numeros. Unum tamen substantiam et non aliquid ens dici unum, fere consimiliter pictagoricis dixit. et numeros esse causas aliis substantiae similiter ut illi. Pro infinito autem ut uno dualitatem facere. et infinitum ex magno et parvo. hoc proprium. Amplius hic quidem numeros praeter sensibilia. illi vero numeros esse dicunt res ipsas. et mathematica in medio horum non ponunt. Unum quidem igitur et numeros praeter res facere et non ut pittagorici. et specierum introductio propter eam quae in rationibus perscrutationem evenit. Priores enim dialecticae non participaverunt. Dualitatem autem facere alteram naturam quia numeri extra primos naturaliter ex ea generantur velud ex aliquo ecmagio. accidit contrario contingit. non enim rationale ita. Nunc quidem enim ex materia multa faciunt. Species vero semel generat solum. Videtur autem ex una materia una mensa. species autem qui inducit unus existens multas facit. Similiter quoque se habet masculus ad feminam. Haec enim ab uno impletur coitu. masculus vero multas implet. Quamvis hae imitationes principiorum illorum sunt. Plato quidem igitur de quaesitis ita diffinivit. Palam autem ex dictis quia duabus causis solum est usus. ipsa quae est eius quod quid est et ipsa secundum materiam. species enim eius quod quid est causae sunt aliis. speciebus vero unum. et quae materia subiecta de qua species haec quidem in sensibilibus. unum vero in speciebus. haec autem in speciebus dicitur quia haec dualitas est magnum et parvum. Amplius bonum et malum causam dedit elementis singulis singula quod magis dicimus priorum inquirere quosdam philosophorum, ut Empedoclem et Anaxagoram.

Breviter quidem igitur et capitulariter quot et quomodo
de principiis et veritate dixerunt per-
transivimus. Tantum ab eis tamen habemus quod di-
centium de principio et causa nullus preter ea
que sunt in physicis a nobis determinata dixit. Sed
omnes tenuiter quodammodo illa tangere
videntur. Hi quidem ut materiam principium dicunt,
sive unam sive plures supponunt, sive cor-
pus sive incorporeum ponant, ut Plato quod magnum
et parvum dicens, Ytalici vero infinitum. Et
Empedocles ignem et terram et aquam et aerem.
Anaxagoras autem similium partium infini-
tatem. Hi itaque omnes eam talem sunt tangentes.
Et amplius quicumque autem aerem aut ignem aut
aquam, aut igne spissius, aut aere sub-
tilius. Et enim quoddam tale primum elementum dixe-
runt. Hi quidem igitur hanc causam solum tetigerunt.
Alii vero quidam unde principium motus, ut quicumque a-
miciciam et litem et intellectum aut amorem principium
faciunt. Quod autem quid erat esse et substantiam pla-
ne nullus reddidit. Maxime autem qui species po-
nunt dicunt. Neque enim ut materiam sensibilibus species
et quod in speciebus, neque ut hinc principium motus pro-
venientes existimant. Immobilitatis enim causas
magis et eius quod est in quiete esse dicunt. Sed quod quid
erat esse aliorum singulis species prestant, specie-
bus autem unum. Cuius vero causa actus et trans-
mutationes et motus, modo quodam dicunt causam, ita
vero non dicunt, nec quo modo natum est. Nam intellectum
quidem dicentes et amicitiam ut bonum quid has
ponunt causas. Non tamen ut gratia horum aut existens aut
fiens aliquid entium, sed ut ab hiis horum existentium
motus dicunt. Similiter autem et unum aut ens dicentes
esse talem naturam, substantie quidem dicunt causam esse. Non tamen
huius causa aut fieri aut esse. Quare dicere et non dicere ali-
qualiter accidit eis bonum causam. Non enim simplici-
ter sed accidens dicunt. Quod quidem igitur recte determinatum

est de causis et quot et quomodo, nobis testimonium pre-
bere videntur et hi omnes causam aliam tangere non
valentes. Adhuc autem quod querenda sunt principia,
aut sic omnia aut horum aliquo modo, palam. Quo
modo autem horum unusquisque dixit et quomodo habet,
Contingentes autem dubitationes — de principiis.
post hec pertranseamus de ipsis. Quicumque quidem
est unum ipsum omne et unam esse quandam natu-
ram ut materiam ponunt et eam corpoream et ma-
gnitudinem habentem, palam quod multipliciter de-
linquunt. Corporum enim elementa ponunt solum, incor-
poreorum vero non existentibus et incorporeis. Et
generationis et corruptionis causam dicere cona-
tes, et de omnibus physice tractantes, mo-
tus causam auferunt. Amplius autem substantiam
nullius ponentes causam nec quod quid est, et ad hec faci-
le esse quodcumque simplicium corporum principium
excepta terra, et non considerantes eam que ex
invicem generationem aliqualiter faciunt. Dico autem
ignem et aquam et terram et aerem. Hec quidem enim
congregatione, illa vero disgregatione ex invicem
fiunt. Hoc autem ad prius esse et posterius plu-
rimum differunt. Aliqualiter enim utique videbitur
maxime elementale esse omnium ex quo
primo fit congregatione. Tale vero est quod minu-
tissime partis et subtilissimum est corporum.
Unde quicumque ignem ponunt principium, ma-
xime consone rationi huic dicunt. Tale vero
et aliorum unusquisque confitetur elementum esse quod cor-
porum. Nullus enim posteriorum et unum dicentium
terram esse elementum voluit, palam quod propter magni-
tudinem partialitatis. Trium autem singulorum
elementorum iudicem quendam accepit. Hi namque
ignem, illi vero aquam, alii aerem hoc esse dicunt. — Si quis etiam dicit quod multi.
Hic autem et Hesiodus terram primam corporum — Omnia namque terram esse dicunt.
factam esse. Sic est antiquam et popularem contigit
esse existimationem. Secundum hanc quidem rationem nec

siquis hoc aliquid dicat preter ignem. aut si
quis aere quidem spissius. hoc autem aqua vero
subtilius: non recte utique dicet. Si vero
est quod generatione posterius natura prius. est que est
digestum et concretum posterius generatione. hoc
utique erit contrarium. Aqua quidem aere
prior. Et terra aqua. Hiis ponentibus quod
dicimus causam. quale dicimus. sic hec dicta.
Idem autem et siquis hec plura ponit. ve-
lud empedocles quatuor dicit esse
corpora materiam. Et enim huic: hec quidem
eadem. alia non propria accidere est necesse. Ex
adinvicem enim generata videmus. quasi non semper
igne et terra eodem corpore permanente. Dictum
est autem de hiis in phisicis. Et de moven-
tium causa. utrum unum aut plura ponendum.
nec recte nec rationabiliter putandum
est omnino dictum esse. Et ex toto alterationem
auferri est necesse. sic dicentibus. Non est ex
calido frigidum. nec ex frigido calidum e-
rit. Quid enim in hiis pateretur contraria. Et
que est una natura. que fit ignis et aqua. quam
ille non ait. Anaxagoram enim siquis su-
sceperit ea duo dicere: suscipiat maxime
secundum rationem quam ille quidem non dearticulavit.
Sequitur enim est ex necessitate dicentes e-
um. Nam absurdo existente et aliter dicere per mi-
xta esse a principio omnia: et quod oportet acci-
dere quasi impermixta preexistere. et quod non
aptum est cuilibet permisceri quolibet. Ad hec
autem quod passiones et accidentia separantur
a substantiis. Eorundem enim est permixtio et se-
paratio. Tamen siquis prosequatur dearticulans
que vult dicere: forsan apparebit innovati-
us dicens. Cum namque nichil erat discretum:
palam quod nichil erat verum dicere de substan-
tia. dico autem quod nec album nec nigrum

aut fuscum aut alium colorem. sed
non colorata erat. ex necessitate enim
horum colorum aliquem haberet. Similiter autem
et sine sapore. eadem hac ratione. nec
aliud simile nichil. Nec enim quale a-
liquid id possibile esse. nec quantum nec quid.
Aliqua enim dictarum in parte specierum inesset u-
tique ei. Sed hec impossibile. permixtis
omnibus. Iam enim discreta essent. Dicit autem per-
mixta esse omnia: preter intellectum. hunc autem
impermixtum solum et purum. Ex hiis i-
taque accidit ei dicere principia. ipsum unum.
hoc enim simplex et impermixtum et alterum quale
ponimus indeterminatum antequam determinetur. et
aliqua specie participet. Quare dicit quidem non rec-
te nec plane. Vult tamen aliquid simile sup-
posterius dicentibus et nunc apparentibus
magis. Verum et hii circa hos qui sunt de ge-
neratione sermones et corruptione et
motu: proprii sunt solum. Fere namque circa tal-
em substantiam principia et causas querunt solam. Quicumque
vero de omnibus existentibus faciunt theoriam:
existentium autem hec quidem sensibilia: illa vero
insensibilia ponunt: palam quod de utrisque
generibus perscrutationes faciunt. Propter quod
magis utique immorabitur aliquis de eis quod
bene aut non bene dicunt ad presentem nobis
perscrutationem presentatorum. Vocati vero picta-
gorici quidem principiis et elementis extranee
a phisiologis sunt usi. Causa vero: quod acce-
perunt ea ex non sensibilibus. Nam mathematicorum
existentium sine motu sunt extra ea que sunt cir-
ca astrologiam. Disputant tamen et tractant
omnia de natura. Generant enim celum et que circa hoc
partes. et passiones et operationes accidentia ob-
servant. et principia et causas in hec consumunt. quasi aliis
phisiologis consentientes quod ens hoc est quod

aliquid sensibile est et corpus habeat uocatum
celum. Causas uero et principia sicut diximus di
cunt sufficientia pertingere ad ea que sunt
entium superiora. et magis congruunt de natu
ralibus conuenientia. Ex quo tamen modo
motus inerit finito et infinito solum
suppositis et pari et impari non dicunt. Aut
quomodo possibile sine motu et transmu
tatione generationem et corruptionem esse. Aut
eorum que feruntur operationes esse celum. Amplius
autem siue quis dederit eis ex hiis esse mag
nitudinem. siue hoc ostendatur. tamen quomodo
erunt hec corpora leuia. alia uero grauitatem
habentia. Ex quibus enim supponunt et dicunt
nichil magis de mathematicis dicunt corporibus
quam sensibilibus. Unde de igne aut
terra. aut aliis huiusmodi corporibus nichil di
xerunt sicut nichil de sensibilibus existimo
dicentes proprium. Amplius autem quomodo accipere
oportet causas quidem esse numeri passiones et numerum
que celum existentium. et factorum et ab initio et
nunc. numerum uero alium nullum esse preter numerum
hunc. ex quo constituitur mundus. Nam cum
in hac parte opinio et tempus sit eis. paruum uero
desuper aut subtus iniustitia et discretio
aut permixtio. demonstrationem autem dicunt
quia horum unumquodque numerus est. Accidit autem
secundum hunc locum iam pluralitatem esse constitutam
magnitudinum. quia passiones hee
sequuntur singula loca. Utrum idem est hic
numerus qui in celo quem oportet accipere quia horum
unumquodque est. aut preter hunc alius. Plato namque
alium ait esse. existimat et quidem que et hec nu
meros hec esse et horum causas. Sed illos quidem in
tellectuales causas. hos autem sensibiles.

Et pictagoricis quidem dimittantur ad presens.
Sufficit enim ipsum tetigisse tantum. Qui uero non

ydeas posuerunt. primum quidem horum existentium
accipere causas querentes. alia hiis equalia numero
acculerunt. ut siquis numerare uolens pauci
oribus quidem existentibus putaret non posse. plu
ra uero faciens numeret. Nam fere equales aut
non pauciores hiis sunt species. de quibus querentes
causas. ab hiis ad illas peruenerunt. Secundum unum
quodque enim est uniuocum equiuocum aliud est. et pre
ter substantias aliorum est unum in multis. et in hiis et in sem
piternis. Amplius autem secundum quos modos ostendi
mus quod sunt species. secundum nullum uidentur horum. Ex
quibusdam enim non est necesse fieri sillogismum. Ex quibusdam
uero et non quorum putamus horum species fiunt.
Quia secundum rationes eas que ex scientiis species omnium
erunt quorumcumque sunt scientie. et secundum unum in
multis et negationibus. Et secundum intelligere
aliquid corrupti corruptibilium. fantasma
enim est aliquid horum est. Amplius autem certissime
rationes alie quidem eorum que ad aliquid faci
unt. quorum non dicunt esse secundum se genus. Alie uero ter
tium hominem dicunt. Et omnino que sunt de speciebus
rationes auferunt que magis esse uolunt di
centes esse species quam ipsas ydeas esse. Accidit
enim dualitatem non esse primam sed numerum et ad
aliquid ipso quod per se. et omnia quecumque aliqui de speciebus
opiniones sequentes opposuerunt principiis.
Amplius autem secundum existimationem quidem secundum quam
esse dicunt ydeas esse. non solum substantiarum species
sed multorum et aliorum. Et est conceptus unus non
solum circa substantias sed de aliis est. et scientie non so
lum sunt ipsius substantie sed et aliorum. Accidunt autem et
mille talia alia. Secundum ea uero necessitatem et
opiniones de eis si sunt participabiles species
substantiarum necesse ydeas esse solum. Non enim secundum ac
cidens participantur. sed oportet hac uniuscuiusque partici
pare inquantum non de subiecto dicuntur. Dico autem
ut siquid ipso duplo participat. sed et se

[illegible] non participat. sed per accidens. Accidit enim
duplo sempiternum esse. Quare substantia erit species.
Hec vero substantiam hic significant et ibi. aut
quid erit ipsum esse dicere aliquid preter hec: unum
in multis. Et si quidem eadem species ydearum
et participantium: aliquid erit commune. Si vero eis magis
incorruptibilibus dualitatibus et dualita-
tibus multis quod idem sempiternis dualitas
una et eadem. quam in hac et aliqua. Si vero non
eadem species: equivocatio erit. Et simile ut
si aliquis vocat hominem calliam et lignum. nul-
lam eorum communitatem inspiciens. Omnium autem
dubitabit aliquis maxime quid conferunt
species sempiternis sensibilium. aut hiis que
fiunt et corrumpuntur. Nec enim motus nec transmu-
tationis ullius sunt eis causa. At vero nec ad sci-
entiam nichil auxiliantur eis que est aliorum.
Nec enim est ille horum substantia. nam in hiis essent.
Nec ad esse cum non insint participantibus.
Sic enim forsan causa videbuntur esse album per-
mixtum albo. Sed hec quidem ratio valde
mobilis est quam anaxagoras prius et eudoxus post-
erius et alii quidam dixerunt. Facile namque col-
ligere multa et impossibilia ad talem o-
pinionem. At vero nec ex speciebus sunt a-
lia secundum nullum modum dictorum consuetorum. Dice-
re vero exemplaria esse et eis alia participare: va-
niloquium est et metaphoras dicere poe-
ticas. Quid enim est quod agit ad ydeas re-
spiciens. Contingit enim et esse et fieri simile quod-
cumque et non assimilatum ad illud. Quare et existente
socrate et non existente: fiet qualis socrates.
Similiter autem palam quia et si esset socrates sempiter-
nus. erunt eiusdem exemplaria plura. Quare et species.
ut hominis animal et bipes simul autem et autoan-
tropos. Amplius autem non solum sensibilium species
exemplaria. sed et ipsarum ut genus specierum. Quare idem

erit exemplar et ymago. Amplius impossibile vi-
detur separatim esse substantiam et cuius
est substantia. Quare quomodo ydee substantie rerum exi-
stentes separatim erunt. In phedone vero sic
dicitur quod et ipsius esse et fieri cause sunt species. Et tamen
existentibus speciebus: tamen non fiunt participan-
tia: si non sit quod movet. Et multa fiunt
alia ut domus et anulus quorum non dicimus
esse species. Quare palam quia contingit et alia et
esse et fieri per tales causas quales et nunc dictas. Am-
plius si sunt numeri species. quomodo cause erunt? Vel
quia alii numeri sunt ipsa existentia: ut hic quidem
numerus homo. ille vero socrates. et alius calli-
as. Quid igitur hii sunt cause illis. Nec enim
si hii quidem sempiterni. illi vero non: non differt.
Si vero quia rationes numerorum que hic ut sy-
phonia: palam quia est unum quoddam quorum sunt
rationes. Si utique hoc est materia: manifestum quia ipsi numeri
aliqui rationes erunt alterius ad aliud. Dico autem
ut si est callias ratio in numeris ignis et terre et aque
et aeris. et autoantropos. sive numerus quic-
cumque existens sive non: tamen erit ratio in numeris quorumdam
et non numerus. et non erit quis propter hec numerus. Am-
plius ex multis numeris unus fit numerus. ex speciebus
autem una species quomodo. Si vero nec ex ipsis:
sed ex numeris ut in millenario quomodo se habent
unitates. Sive enim eiusdem speciei multa in con-
venientia accident. sive non eiusdem speciei: nec
hee ab invicem nec alie omnes omnibus. Quo
namque different impassibiles existentes. Nec
enim rationabilia hec nec intelligentie confessa.
Amplius autem aliud aliquod genus numeri facere est ne-
cesse. circa quod sit arismetica. Et omnia intermedia
dicta ab aliquibus. sive quomodo aut ex quibus sunt principiis. Aut
quare intermedia que hic et ipsorum erunt. Amplius unita-
tum que sunt in dualitate utraque est ex aliqua pri-
ore dualitate quamvis impossibile. Amplius quare unum

numerus collectus. Amplius cum differant sic sicut differentes unitates, oportet aliquid ita dicere, quemadmodum et quicumque elementa duo aut quattuor dicunt. Et enim horum quilibet non commune dicunt elementum, ut corpus, sed ignem et terram, sive sit aliquid commune ipsum, scilicet corpus, sive non. Nunc autem dicitur quasi uno existente quemadmodum in igne aut aqua similimembri partium. Si vero sic, non erunt substantiae numeri. Sed palam quia si aliquid est unum ipsum et hoc est principium, multipliciter dicitur ipsum unum. Aliter enim impossibile. Volentes autem substantias ad principia reducere, longitudines quidem ponimus ex producto et brevi, ex aliquo parvo et magno, et planum ex lato et arto, corpus vero ex profundo et humili. Quamvis quomodo habebit aut planum lineam aut solidum lineam et planum? aliud enim est genus lati et arti et profundi et humilis. Quemadmodum igitur nec numerus est in eis, quia multum et paucum ab his alterum, palam quia nec aliud nullum superiorum inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latum. Esset enim planum aliquod corpus. Amplius puncta ex quo inerunt? Huic quidem igitur generi et Plato oppugnabat tamquam existenti geometrico dogmati, sed lineae principium vocabat. Hic autem multotiens indivisibiles lineas posuit. Quamvis necesse terminum aliquem harum esse. Quare ex qua ratione linea est et punctum est. Omnino autem sapientia de manifestis causam inquirente, hoc quidem praetermisimus. Nihil enim dicimus de causa unde principium transmutationis. Horum autem substantiam dicere putantes, ipsorum alias quidem substantias esse dicimus. Quomodo vero illae horum substantiae, vane dicimus. Nam et participare, sicut prius diximus, nihil est. Nec quam in scientiis videmus esse causam, propter quam omnis intellectus et omnis natura facit, nec hanc causam quam esse dicimus unum principiorum, nihil tangunt species, sed facta sunt mathematica praesentibus philosophia, dicentium aliorum gratia ea oportere tractari. Amplius autem substantiam subiectam ut materiam magis mathematicam aliquis suscipiet, et magis praedicari et differentias esse substantiae et materiei, ut magnum et parvum, sicut physiologi aiunt rarum et spissum prima subiecti dicentes differentias esse: haec namque sunt superabundantia quaedam et defectio. Et de motu, siquidem haec erunt motus, palam quia movebuntur species. Si autem non, unde venit? Tota namque de natura aufertur perscrutatio. Et quod videtur esse facile monstrare, quia unum omnia non fiunt. Ex positione enim non fiunt omnia unum. Sed ipsum aliquod unum, si quis dat omnia. Et nec hoc, si non genus dat universale esse. Hoc autem in quibusdam impossibile. Nullam autem rationem habent nec quae sunt post numeros longitudines, latitudines et solida, nec quomodo sunt aut sunt, nec si aliquam habent virtutem. Haec enim nec species possibile est esse. Non enim sunt numeri, nec intermedia, sunt enim illa mathematica, nec corruptibilia. Sed iterum quartum videtur aliud hoc genus. Et omnino existentium quaerere elementa non dividentem multipliciter dictorum invenire impossibile est. Et aliter sic quaerentes ex quibus sunt elementis. Ex quibus enim est facere aut pati aut ipsum rectum non est accipere. Sed si quidem substantiarum solum esse contingit, quare existentium omnium elementa aut quaerere aut putare habere non est verum. Quomodo autem aliquis addiscet omnium elementa? palam enim quia non est possibile praeexistentem cognoscentem prius. Sicut enim geometrizare discentem alia quidem oportet praescire, quorum autem est scientia et de quibus debet discere non praenoscat, ita et in aliis. Quare si qua est omnium scientia, ut quidam aiunt, nihil utique praeexistet hic cognoscens. Quamvis sit omnis disciplina per praecognita aut omnia aut quaedam.

aut per demonstrationem aut per diffinitiones. Oportet enim ex quibus est diffinitio preexistere et esse nota. Similiter autem et que per inductionem. At vero et si contingit connaturalis, mirum quomodo latemus habentes potissimam scientiarum. Amplius autem quomodo aliquis cognoscet ex quibus est, et quomodo erit manifestum? Etenim hoc habet dubitationem. Ambiget autem aliquis quemadmodum et circa quasdam sillabas. Hii namque zma ex s et m et a dicunt esse. Alii vero quendam alium sonum dicunt esse et nullum notorum. Amplius autem quorum est sensus, hec quomodo aliquis non habens sensum cognoscet? Et si oportebit si omnium hec sunt elementa ex quibus quemadmodum composite voces sunt ex propriis elementis. Quod quidem igitur dictas in physicis causas querere visi sunt omnes, et preter has nullam habemus dicere, et ex prius dictis palam. Sed tenuiter hec. Et modo quodam omnes prius dicte sunt, modo vero quodam nullatenus. Balbutienti enim visa est prima philosophia de omnibus, velut nova existens circa principium et primum, quoniam et Empedocles os dicit esse ratione. Hoc autem est quod quid erat esse et substantia rei. At vero similiter necessarium et carnis et aliorum singulorum esse rationem, aut nec unius. Propter hoc enim et caro et os erit et aliorum unumquodque, et non propter materiam quam ille dicit ignem et terram, aerem et aquam. Sed hoc quod alio dicente similiter diceret ex necessitate; manifeste autem non dixit. De talibus quidem igitur ostensum est et prius. Quecumque vero de ipsis his dubitabit aliquis, resumamus iterum. Nam forsan ex ipsis habundabimus aliquid ad posteriores dubitationes. Secundus liber.

De veritate quidem theoria sic quidem difficilis est, sic vero facilis. Signum autem est neque digne nullum adipisci ipsam posse, neque omnes exhortes esse, sed unumquemque aliquid dicere de natura. Et secundum unum quidem nichil aut parum ei immittere, ex omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam. Quare si videmur habere ut proverbialiter dicimus, in foribus quis delinquet? sic quidem utique erit facilis. Habere autem totum et partem non posse difficultatem eius ostendit. Forsan autem et difficultate secundum duos existente modos, non in rebus sed in nobis est eius causa. Sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic et anime nostre intellectus ad ea que sunt omnium nature manifestissima. Non solum autem his dicere gratiam iustum est quorum aliquis opinionibus communicaverit, sed et his qui adhuc superficialiter enuntiaverunt. Et enim hii contulerunt aliquid. Nam habitum nostrum preexercitaverunt. Nam si Tymotheus non fuisset, multam melodiam non haberemus. Si autem non Phrinis, Tymotheus non fuisset. Eodem vero modo et de enuntiantibus veritatem. A quibusdam enim quasdam opiniones accepimus. Sed alii ut hii fierent causa fuerunt. Vocari vero philosophiam veritatis scientiam recte habet. Nam theorice finis est veritas, practice opus. Et enim si quomodo se habent intendunt, non causam per se sed ad aliquid et nunc speculantur practici. Nescimus autem verum sine causa. Unumquodque autem maxime ipsum aliorum secundum quod et aliis inest univocatio, puta ignis calidissimus. Et enim est et causa aliis hic caloris. Quare et verissimum quod posterioribus est causa ut sint vera. Quapropter semper existentium principia semper esse verissima est necesse. Non enim quandoque vera, nec illis causa aliquid est ut sint, sed illa aliis. Quare unumquodque sicut se habet ut sit, ita et ad veritatem.

At vero quod principium quoddam et non in

finite cause existentium neque in rectitudinem neque
secundum speciem. Neque enim ut ex materia hoc ex hoc in
infinitum procedere est possibile velut carnem quidem
ex terra, terram vero ex aere, aerem
autem ex igne, et hoc non stare. Neque unde
principium motus, ut hominem quidem ab aere
moveri, hunc autem a sole, solem vero ab ira, et
huius nullum esse finem. Similiter autem nec id quod est
causa in infinitum ire est possibile, iter quidem sani-
tatis causa, illam vero felicitatis, et
felicitatem alterius, et ita semper aliud alterius
causam esse. Et in quod erat esse similiter.
Mediorum enim extra que est aliquod ultimum
et prius necesse est esse quod prius est causam ip-
sorum posterius. Nam si dicere nos oporteat quid
trium causa, quod primum est dicemus. Non enim quod est
ultimum, nullius enim quod finale est. Sed nec
medium, nam unius. Nichil autem differt unum
aut plura esse, nec infinita aut finita. In-
finitorum vero hoc modo et omnino infini-
ti partes omnes medie sunt similiter usque
modo. Quare si ex toto medium est ad primum,
ex toto causa nulla est. At vero nec in deorsum
est possibile in infinitum ire, superius habente
principium, ut ex igne quidem aquam, ex hac au-
tem terram, et ita semper aliquod aliud fieri genus. Dupliciter
enim fit hoc ex hoc, non ut hoc dicitur post hoc, ut
ex Isthmiis Olympia, sed ut aut ex puero
mutato vir, aut ex aqua aer. Ut
quidem igitur ex puero fieri virum dicimus, quod
ex eo quod fit quod factum est, aut ex eo quod perfi-
citur perfectum; semper enim est medium, ut esse et
non esse generatio, ita quod fit existentis
et non existentis. Est autem addiscens quod fit sci-
ens. Et hoc est quod dicitur quod fit ex discente
sciens; hoc vero ut ex aqua aer, corrupto
altero. Propter quod illa quidem non reflectuntur ad
invicem. Nec fit ex viro puer; non enim fit
ex generatione quod fit, sed est post generationem. Sic
enim et dies ex aurora, quia post hanc. Propter
quod nec aurora ex die. Altera vero reflec-
tuntur. Utroque autem modo impossibile in infinit-
um ire. Existentium enim intermediorum necesse est
finem esse. Quedam vero ad invicem reflec-
tuntur. Alterius enim generatio alterius corruptio.
Simul autem impossibile primum sempiter-
num corrumpi. Quoniam enim non est infinita ge-
neratio in sursum, necesse ex quo corrupto pri-
mo aliquid factum est non sempiternum esse. Am-
plius autem quod est cuius causa finis est. Tale vero
quod non alius causa, sed alia illius. Quare si quidem
fuerit tale postremum, non erit infini-
tum; si vero nichil tale, non erit quod cuius causa.
Sed qui infinitum faciunt latent aufe-
rentes boni naturam. Et nullus conabi-
tur aliquid facere ad terminum non futurus venire.
Nec utique erit intellectus in talibus. Nam causa
alicuius semper facit qui intellectum habet; hic enim est ter-
minus; finis enim terminus est. Sed nec quod quid erat esse
contingit reduci ad aliam diffinitionem multi-
plicatam ratione. Semper enim est que ante est
magis. Et que posterior est non est. Cuius
autem primum non est, nec habitum est. Amplius
scire destruunt qui ita dicunt. Non enim est pos-
sibile scire priusquam ad individua perveniatur.
Et cognoscere non est. Nam que sic sunt infinita
quomodo contingit intelligere? Non enim est simile in li-
nea, que secundum divisiones quidem non stat; intelligere
vero non est non statuentem. Propter quod non enu-
merabit sectiones qui per infinitam pro-
cedit. Sed materiam in moto necesse intel-
ligere. Et infinito nulli est esse. At non.
Non infinitum est infinito esse. Sed si infi-
nite essent pluralitate species causarum, non

dicet nec ita cognoscere. Tunc enim est scire putamus cum causas ipsas noverimus. Infinitum vero secundum adiectionem non est pertransire in finito.

Contingunt autem auditiones secundum consuetudinem entibus. Nam ut consuevimus, ita dignamur dici. Et que preter ea non similia videntur, sed propter insuetudinem minus nota et magis extranea. Nam consuetum notius. Quantam vero vim habeat quod consuetum est leges ostendunt, in quibus fabularia et puerilia magis quidem valent cognoscere de eis propter consuetudinem. Alii vero si non mathematice quis dicat non recipiunt dicentes. Alii vero si non exemplariter. Et hii testem dignantur induci poetam. Et illi quidem omnia certe, hos vero tedet certitudo aut propter impotentiam complectendi aut propter micrologiam. Habet enim aliquid quod certum est tale. Unde quemadmodum in simbolis et sermonibus non liberum esse quibusdam videtur. Propter quod oportet erudiri quomodo singula sunt recipienda. Et absurdum est simul querere scientiam et modum sciendi. Est autem neutrum facile accipere. Acribologia vero mathematica non in omnibus est expetenda, sed in non habentibus materiam. Propter quod non naturalis est modus. Omnis enim forsan natura materiam habet. Ideoque primum perscrutandum quid est natura. Ita namque et de quibus est physica manifestum erit, et si unius scientie aut plurium est causas et principia considerare.

Liber tertius.

Necesse est ad quesitam scientiam nos aggredi primum de quibus dubitare primum oportet. Hec autem sunt quecumque de ipsis aliter susceperunt quidam, et si quid extra hec est pretermissum. Inest autem investigare volentibus pre opere bene dubitare. Posterior enim euporia solutio prius dubitatorum est. Solvere vero non est ignorantem vinculum. Sed mentis dubitatio hoc de re demonstrat. In quantum enim dubitat, in tantum similiter ligatis est passa. Impossibile enim utrisque procedere ad quod est ante. Propter quod difficultates speculari oportet prius, horumque causa. Et quia querentes sine dubitatione primo similes sunt quo oportet ire ignorantibus, et adhuc neque utrum quesitum invenit aut non cognoscit. Finis enim huic quidem non manifestus, predubitanti vero manifestus. Amplius melius necesse est habere ad iudicandum eum qui audivit velut adversariorum et dubitantium omnes rationes.

Omnes rationes

Est autem dubitatio prima quidem de quibus in prohemiantibus dubitavimus: utrum unius aut multorum est scientiarum causas speculari. Et utrum substantie principia prima est scientie huius scire solum, aut et de principiis ex quibus ostendunt omnes, ut utrum contingit unum et idem simul dicere et negare aut non, et de aliis talibus. Et si circa substantiam, utrum una circa omnes aut plures sunt. Et si plures, utrum omnes cognate, aut earum has quidem sapientias, illas vero aliud quid dicere oportet. Et hoc ipsum quoque necessarium est querere, utrum sensibiles substantias esse solum dicendum est, aut preter eas alias. Et utrum unum genus aut plura genera substantiarum, ut facientes species et mathematica intermedia inter hec et sensibilia. De hiis ergo ut diximus perscrutandum est. Et utrum circa substantias solum est speculatio, aut et circa que accidunt per se substantiis. Et adhuc autem de eodem et diverso et simili et dissimili et contrarietate et de priore et posteriore et aliis omnibus talibus de quibus dialectici temptant considerare ex probabilibus solum perscrutationem facientes, quorum

theorica e de oibz. Amplius aute huic
eadem: quecumq se attingit. Et non
solu qd e hor unumquodq: sz utru
unu e unu cotrariu. Et utru pri et
eta gna aut ut i q diuidit extrem
singlm. Et si gna utru ultima o
[illegible] dicit finalia: aut pri. U
utru al an ho principium: et mag e
q singlare. Et maxime uo quecumq
e consequentia: utru e ad pt ipsa ca p
se: aut no. Et hec separabile: an no.
Et utru unu: an plura uiso. Et
ut e ad pt sic totu duo an sinolos.
qu pt ad de ibi: an uich. an hor qd.
hor uo no. Et qua talia exintu. an
plus aut utru pri uiso aut spe de
terminata: qua rombus: et ibus. Et ut
corruptibiliu et incorruptibiliu eadem:
diuisa. Et utru incorruptibilia oia:
an corruptibiliu corruptibilia. Amplius
aut q oium difficilissimi e et plurima ht
dubitione: ut unu an ens: quemadmod pic
tagorici et plo dicebat: no altrum ad e
subiectu substa: an no. Sz altera ad que
subiectu. Ut empedocles amore dicit: al
uo: igne. al aqua. al aere. Et utru
pri sint uila: an ut singlaria rerum.
Et potentie an actu. Amplius ut aut.
an p motu. h e dubitone pstat mag.
Adhuc aut utru nu et logitudines et
figure et puncta: substa quedam sunt an no.
Et si substa: utru separata a sensibilibz
aut i eis. Ad huc e oibz no solu diffi
cile ueritate inuenire: sz i dubitare
ratione facile bn.

Primum g de quibz i primis diximus:
utru unius an plurium sciarum sit spe

culanda oia gna causa. Unius e scie quo
cumque u cognosce ea principia q non sunt contraria.
Amplius autem multis existentium: no insunt oibz
omnia. Quo nam modo possibile e motus princip
esse immobilibus aut boni natura. Siqdem e
qd e bonum p se et p sua natura: finis e et
ita ca e q illius ca fiunt et sunt cetera. finis
aut et cuius causa actus cuiusdam e finis. Et
actus omnes cum motu. Quare in immobilibz
no contingit hoc esse principium: nec esse ad au
toagathon. Unde et in mathematicis nil probat
ostendit cam. Nec e demo nulla: eo quia
melius aut deterius. Sz no oino nullus talium
alicuius reminiscitur. Quapp et sophista quidam ut
aristippus ipsas preglexerunt. In aliis e
artibz et illiberalibz ut tectonica et coriaria
ac eo q melius ut deterius dicuntur oia. Ma
thematice uo: nulla de bonis et malis ronem fa
cere. At uo si causaru scie sunt plures alia
alius et principii a cuique e dicendu quam qrit
aut que maxime rem quesita e scies eas
aliter: continget e eide omnes modos causa
rum esse. Ut domus unde quod motus: ars et hedi
ficator. Cuius uo causa: opus. Et ut: terra et la
pides. Spes uo: ro. Ex excludendis
aim dec [illegible] capiar. hc ronem
quibus appellari opus e senior quod et prin
cipaliorum cui ueluti s[er]uientes non convenit sci
entias alias iustum e. Et finis et boni talis
e: huius e causa sunt cetera. Inquantum uo prima
rum causaru et maxime scibilis diffinita est
esse: q substantie utique erit talis. Multis e mo
dis id scientibus magis quidem scire dicimus eum.
q nouit in ipso esse qd res quam in no esse. Et
horum eorum de altum alio mag. Et maxime
quod qd e. et non quantum aut quale. an ad facere aut
pati e apta nata. Amplius ac et in aliis

sciere singula, et quorum demonstrationes fi-
eri putamus existere: quando sciamus quid est,
quare inest: inventio. Dubium autem et in
aliis. Circa generationes vero et actiones et
circa omnem transmutationem: quando cogno
scimus principium motus. Hoc autem
alterum et oppositum fini. Quare propter vide-
bitur alius esse scientie earum partium singularis
speculari. At vero et de principiis de-
monstrationis utrum unius est scientie aut
plurium: dubium est. Dico autem demonstrativas
communes opiniones, ex quibus omnes monstrant.
Ut quod omne necesse aut dicere aut
negare, et impossibile simul esse et non esse, et quecumque
alie tales propositiones: utrum harum
una scientia et substantie, aut altera. Et si non u-
na est: quam oportet appellare quam nunc est questio.
Unius quidem igitur esse non est rationabile. Quid enim
magis geometrie quam cuiuslibet de hiis
est proprium obaudire? Si igitur similiter quidem
qualiscumque est. Omnibus vero non contingit.
Sic nec aliarum. Ita non ipsius substantie co
gnoscitive, proprium est de ipsis cognoscere.
Simul autem et quomodo erit ipsorum scientia quod
quid est etiam nunc quidem hoc existit eis et
nunc novimus. Utuntur igitur eis ut notis.
artes alie. Si autem de eis demon
stratio est: oportebit aliquod genus esse sub
iectum. Et has quidem passiones, illa
vero dignitates eorum. Nam de omnibus
esse demonstrationem est impossibile. Necesse enim est
ex aliquibus esse et circa aliquod et aliquorum de-
monstrationem. Quare accidit omnium esse
genus unum aliquod demonstratorum. Omnes enim
demonstrative dignitatibus utuntur. At
vero si altera que substantie et que de hiis, que ea-
rum principalior et prior est earum? Universalis enim est

maxime omnium principia enim sunt dig-
nitates. Et si non est philosophi: cuius erit
alius de eis speculari veritatem et fal-
sitatem? Et totaliter substantiarum utrum
una omnium est, aut plures sunt? Si igitur
quidem non una: cuius substantie ponenda est
scientia ista? Unam vero omnium non est ra-
tionabile. Et est demonstrativa una de
omnibus utique erit accidentibus, siquidem omnis
demonstrativa circa aliquod subiectum speculatur
per se accidentia ex communibus opinionibus. Cir-
ca idem igitur genus accidentia per se eiusdem est
speculari ex eisdem opinionibus. Nam circa
ipsum quod unius, et ex quibus unius, si-
ve eadem sive alia. Quare et accidentia de-
monstrantium hee speculabuntur aut ex hiis una.
Amplius autem utrum circa substantias solum
theoria est aut et circa ipsarum accidentia.
Dico autem ut si solidum quoddam substantia est
et linee et superficies, utrum eiusdem scientie
est ea cognoscere et accidentia circa unum-
quodque genus de quibus mathematice ostendunt
aut alterius. Nam si eiusdem: demonstrativa que-
dam erit et que est substantie. Non autem videtur eius
quod quid est demonstratio esse. Si vero di-
versa: que erit speculans circa substantiam acci-
dentia? Hoc enim reddere est valde diffici-
le. Amplius autem utrum sensibiles substantias
solas esse sit dicendum aut preter eas alias.
Et utrum unum aut plura genera sub-
stantiarum sunt, ut dicentes species et interme-
dia esse que mathematicas dicunt esse scientias.
Quo vero igitur dicimus species causas et substantias per
se, dictum est in primis de ipsis sermonibus.
Multis autem modis hiis habentibus diffi-
cultatem: nullo minus absurdum dicere esse
naturas preter eas que sunt in celo, has autem quasdam aliquas

eadem dicunt sensibilibus, nisi quod hec quidem sem-
piterna, illa vero corruptibilia. Nam per
se hominem dicunt esse et equum et sanitatem,
aliud autem nichil. Similiter facientes hiis
qui deos esse dicunt quidem, humane autem speciei esse. Nec enim
aliud illi fecerunt quam homines sempi-
ternos, nec hii species nisi sensibiles sempi-
ternas. Amplius autem siquis preter species et sen-
sibilia intermedia ponat, multas habe-
bit dubitationes. Palam enim quia similiter
linee preter ipsas et sensibiles erunt. Et
unumquodque aliorum generum. Quare quoniam astro-
logia harum una est, erit quoddam celum
preter sensibile celum, et sol et luna et
alia similiter celestia. Et quomodo hiis est
credere? Nec enim immobile rationabile esse, mo-
bile vero omnino impossibile. Similiter autem et de qui-
bus perspectiva tractat, et in mathematicis
armonica. Et enim hec impossibile esse preter sensi-
bilia propter easdem causas. Nam si sensibilia
sunt intermedia et sensus, palam quia et
animalia erunt intermedia ipsorum et corruptibilium.
Dubitabit autem aliquis et esse quas querimus
dicentium has scientias. Nam si in hoc differt ge-
ometria a geodesia solum quia hec quidem horum
est que sentimus, illa vero non sensibilium, pa-
lam quia et preter medicinalem et alia erit
scientia preter unamquamque aliarum inter ipsam
medicinalem et hanc medicinalem.
Et quomodo hoc possibile? Etenim salubria quedam
utique erunt preter sensibilia et ipsum sanum.
Simul autem nec hoc verum, quia geodesia sen-
sibilium est magnitudinum et corruptibilium.
Corrupta enim utique erit corruptibilibus. At
vero nec sensibilium erit magnitudinum.
Nec est celum hoc astrologia. Nec enim sen-
sibiles linee tales sunt quales dicit

geometer. Nulla enim recta sensibilium ita-
que rectum. Tangit enim regulam non secundum punc-
tum circulus, sed ut Protagoras aiebat
geometras redarguens. Nec motus et
revolutiones celi similes de quibus astro-
logia facit sermones. Nec astris puncta
naturam habent eandem. Sunt autem aliqui
qui dicunt esse intermedia hec que inter
species et sensibilia, non tamen seorsum a sensibilibus,
sed in hiis. Quibus accidentia impossibilia
omnia quidem plurimi est sermonis pertransire.
Sufficit autem et talia speculari. Non enim in
hiis solum congruum est habere sic solum, sed palam
quia et species contingit in sensibilibus esse. Eodem
enim sermonis utraque hec sunt. Amplius autem
duo solida in eodem necesse est esse loco.
Et non esse immobilia in motis existen-
tia sensibilibus. Totaliter autem cuius cau-
sa ponet utique esse quidem ipsa, esse autem
in sensibilibus? Eadem enim contingent inconvenien-
tia eis que predicta sunt. Erit enim celum
aliquod preter celum, tamen non seorsum sed in eodem lo-
co, quod magis est impossibile. De hiis quidem er-
go multa dubitatio quomodo oportet ponere ista
re. Et de principiis utrum oportet genera
elementa et principia suscipere, an magis ex
quibus cum insunt est unumquodque primis. Vi-
detur etiam et principia vocis esse et elementa, ex
quibus componuntur voces omnes primis, sed
non commune vox. Et dyagrammatum ele-
menta dicimus horum, quorum demonstrationes insunt in
aliorum demonstrationibus aut omnium aut plurimorum.
Amplius autem corporum qui dicunt esse plura
elementa et qui unum, ex quibus componuntur et
consistunt principia esse dicunt. Ut Empedocles
ignem et aquam et que cum hiis elementa dicit esse
ex quibus sunt entia inexistentibus. Sed non

ut genera dicuntur eius corum que sunt. Adhuc autem
et aliorum aliquis multe nature speciarum: ut lec-
tus. quibus partibus est et quomodo compositus tunc con-
gnosceret eius naturam. Et ex hiis quidem igitur in talibus
non utique erunt principia genera existentia. In
quantum autem cognoscimus unumquodque per diffinitiones.
principia autem diffinitionum sunt ipsa
genera: necesse et diffinitorum principia genera esse.
Et si est eorum que sunt accipere scientiam specierum scien-
tiam accipere secundum quas dicuntur entia: specierum
autem principia genera sunt. Videntur autem
quidam dicentium elementa entium unum aut
ens aut magnum aut parvum: ut generibus
eis uti. At vero nec utroque possibile di-
cere principia. Ratio namque substantie est una. Diversa non
erit que est per genera diffinitio et que dicit ex quibus
est inexistentibus. Adhuc autem siquidem maxime principia
genera sunt. Utrum oportet existimare prima generum prin-
cipia: aut ultima predicata de individu-
is. Et enim hoc dubitationem habet. Nam si semper universalia
sunt magis principia: palam quia suprema ge-
nerum. hec namque dicuntur de omnibus. Tot igitur
erunt entium principia: quot genera prima.
Quare erunt ens et unum principia et substantie.
hec namque de omnibus maxime dicuntur entibus.
Non est autem possibile genus entium unum esse
neque unum neque ens. Nam necesse differentias cuiuslibet
generis et esse et unam esse quamlibet. Impossibile autem
predicari aut species generis de propriis differentiis aut
genus sine suis speciebus. Quare siquidem genus unum aut ens
unum differentia nec unum nec ens erit. Adhuc autem
non genera: si principia sunt principia genera. Amplius autem
et media concepta cum differentiis erunt
genera usque ad individua. Nunc autem hec quidem
videntur: illa vero non videntur. Adhuc magis
dicere principia differentias quam genera. Si autem et hec
principia: infinita ut sic dicatur erunt
principia. Aliterque si quis primum igitur prin-
cipium ponat. At vero et si magis prin-
cipium quod hoc est unum: unum autem
indivisibile. Indivisibile vero omne: aut se-
cundum quantitatem aut secundum speciem. prius autem quod
secundum speciem. Genera vero divisibilia in species.
magis utique unum ultimum erit predi-
catum. Non est enim genus homo aliquorum ho-
minum. Amplius in quibus et prius et po-
sterius est non est possibile in hiis aliquid esse
preter hec. Ut si prima numerorum est dualitas:
non erit numerus aliquis preter species numerorum.
Similiter autem nec figura aliqua preter species
figurarum. Si autem non horum: schola
aliorum erunt genera preter species. Horum enim
maxime genera esse videntur. In individu-
is vero non est hoc prius et illud po-
sterius. Amplius autem in quibus hoc quidem melius:
illud vero vilius. semper quod est melius prius.
Quare nec horum erit utique genus. Ex hiis
quidem igitur magis videntur que de individuis sunt
predicata: esse principia generum. Iterum
autem quomodo oportet existimare principi-
a: non facile dicere. principium enim et cau-
sam esse preter res quarum principium est.
et possibile ab eis separatum esse. Tale
vero aliquid preter singularia esse. propter quid u-
tique aliquis suscipiet nisi quia universaliter et de
omnibus predicatur. At vero si propter hoc magis
universalia magis ponenda sunt principia.
Quare prima erunt genera. Est autem
habita hiis dubitatio et omnium difficillima.
et ad considerandum maxime necessaria. de qua
nunc est sermo. Nam si non est aliquid preter sin-
gularia. singularia vero infinita: infi-
nitorum quomodo contingit accipere scientiam: Nam in
quantum unum aliquid et idem. Et in quantum universale aliquid est in

tamen omnia generantur. At vero si hoc est et
necesse et aliquid esse praeter singularia: necesse
utique erit genera esse praeter singularia. aut
ultima aut prima. Hoc autem quia impossibile
nunc dubitavimus. Amplius autem si quam
19 maxime est aliquid praeter simul totum quando predi-
catur aliquid de materia: utrum si est aliquid praeter omnia oportet
aliquid esse. aut praeter quedam quidem esse. et praeter quedam non
esse. aut praeter nullum. Si igitur nichil est praeter sin-
gularia. nichil utique erit intellectuale.
sed omnia sensibilia. Et scientia nullius. nisi quis
dicat esse sensum scientiam. Amplius autem nec
sempiternum est aliquid nec immobile. Nam sensi-
bilia omnia corrumpuntur et in motu sunt. At
vero si sempiternum nichil est nec generationem esse possibile est.
Necesse enim est aliquid esse quod fit et ex quo fit. Et
horum ultimum ingenitum si stat. Et ex non
ente generari impossibile. Amplius autem cum sit generatio
et motus finem esse est necesse. Motus enim est nul-
lus infinitus: sed omnis est finis. Generari quoque
non possibile quod impossibile est factum esse. Quod autem generatum
est: est necesse esse quando primum factum est. Amplius
autem si materia est quia est ingenita multo rationa-
bilius est esse substantiam quam illa fit esse. Nam si neque hoc
erit nec illa: nichil omnino erit. Si autem hoc est impossi-
bile: necesse est aliquid esse praeter synolon formam
et speciem. Sed iterum si quis ponit dubium in
quibus hoc ponet et in quibus non. Nam quia in omnibus
non sit possibile: manifestum. Non enim utique poneremus
domum aliquam praeter domos aliquas. Adhuc
autem utrum substantia una erit omnium ut hominum?
Sed inconveniens est. Non enim est unum omnia quorum
substantia una. sed multa et differentia. Sed et hoc
est irrationabile. Simul autem et quomodo fit materia
20 horum singulum et est synolon ambo hec. Amplius
autem et de principiis et hoc dubitabit aliquis.
Nam si specie sunt unum: nichil erit numero unum.

nec ipsum unum et ens. Et scire quo-
modo erit si non erit aliquod unum in omnibus? At vero si numero
unum et unum quodlibet principiorum. et non quem-
admodum in sensibilibus alia aliorum: ut in hac
sillaba specie eadem existente: et principia specie
eadem. Et enim hec sunt numero diversa. Si autem non
sic: sed que sunt existentium numero sunt. non erit
praeter elementa nichil aliud. Nam numero unum aut
singulare dicere nichil differt. Sic enim dicimus
singulare numero unum. Universale vero quod in hiis
est. Sicut ergo si quis vocis unum numero essent ele-
menta determinata: tot omnes litteras esse necesse
esset: quot etiam non existentibus quod duobus
eadem aut pluribus. Non minor autem dubitatio
modernis et prioribus relicta est: utrum eadem
corruptibilium et incorruptibilium sunt principia
aut diversa. Nam si eadem sunt: quomodo hec
quidem incorruptibilia. illa vero corruptibilia.
et propter quam causam. Quicumque quidem igitur circa Esio-
dum et quicumque theologi: solum ad ipsos
persuasionem curaverunt. nos autem ne-
glexerunt. Deos enim facientes principia et ex
diis esse facta: que non gustaverunt nectar
et mortalia esse facta dicunt. Palam quia hec no-
mina sibi nota dicentes: et quidem de allati-
one harum causarum super nos dixerunt. Nam si
gratia voluptatis ipsa tangunt: non est causa
existendi nectar. Si vero existendi: quomodo erunt
sempiterna cibo egentes. Sed de fabulose
sophisticantibus: non est dignum cum studio
intendere. A demonstrantibus vero per determinationem oportet
sciscitari interrogantes: quare ex eisdem ex-
istentia. hec quidem sempiterna secundum naturam sunt: illa
vero corrumpuntur existentium. Quoniam autem nec causam
dicunt nec rationabile est sic se habere: palam quia nec
eadem principia nec cause ipsorum erunt. Et enim quam ex-
stimabit utique aliquis dicere maxime sibi co-

fecisse empedocles. Et hic idem passus
est. Ponit enim principium quoddam corruptio
1 2 nis odium. Videbitur autem nihil minus et hoc genera
re ex uno. Nam omnia ex hoc alia sunt praeter
deum. Dicit ergo: ex quibus omnia quaecumque erant
et quaecumque erunt. Et arbores pullulaverunt
et viri et feminae et bestiae et vultures et
aquae nutriti pisces et dei longevi. Et
praeter haec palam quia si non esset in rebus esset
unum omnia ut ait. Nam quando convenerunt tunc
ultimum stabit odium. Propter quod et accidit
ipsi felicissimum deum minus prudentem esse
aliis. Non enim cognoscit elementa omnia. Nam odium
non habet. Notitia vero similis simili. Terra namque
ait terram cognovimus et aqua aquam
et aethere aetherem et adhuc odium per
odium difficile. Quare unde ratio hec quidem palam:
quia accidit ei odium non magis corruptio
nis quam essendi causam. Similiter autem nec amor
essendi. Colligens enim in unum corrumpit
2 alia. Simul autem et ipsius transmutationis
causam nullam dicit nisi quia sic aptum na
tum fuit. Aliquas itaque magnum odium
in membris nutritum est et ad honorem in
tendebat perfecto tempore quod mutabilis
dissolvit sacramentum quia necessarium est trans
mutari. Causam vero necessitatis nullam
ostendit. Attamen tamen solum dicit consequenter. Non
3 enim existentium haec quidem corruptibilia, illa vero
incorruptibilia facit, sed omnia corruptibilia praeter
elementa. Dicta vero nunc dubitatio est cur haec
quidem illa vero non, si ex eisdem sunt. Quod
quidem igitur non utique erunt eadem principia,
tot dicta sint. Si vero diversa principia,
una quidem dubitatio utrum incorruptibilia
et haec erunt aut corruptibilia. Nam si cor
ruptibilia, manifestum quia necessarium et ea ex aliquibus

quibus esse. Omnia enim corrumpuntur in ea ex
quibus sunt. Quare contingit principiorum alia
principia esse priora. Hoc autem impossibile sive
stetur sive in infinitum vadat. Amplius
autem quomodo erunt ipsa corruptibilia si
destruentur principia? Si vero incorrup
tibilia, cur ex his quidem incorruptibi
libus existentibus corruptibilia erunt, ex
aliis vero incorruptibilia? Hoc enim non
rationabile est, sed aut impossibile aut multa ratio
ne eget. Amplius autem nec conatus
est aliquis diversa dicere, sed eadem omnium dicunt
principia. Verum primum dubitatum corrodunt 6
tamquam hoc parvum aliquid accipientes. Omnium
autem ad considerandum difficillimum et ad
cognoscendum utilissimum maxime necessarium est
utrum unum et ens sint substantiae existentium sit.
Et utrum utrumque eorum non aliud aliquid ens hoc
quod unum sit aut ens est. Aut oportet quaerere quid
est ipsum ens et unum quasi subiecta alia
natura. Hi namque illo modo, illi vero hoc modo pu
tant naturam se habere. Plato namque et pytha
gorici non aliquid aliud ens nec unum. Sed
hanc ipsorum naturam esse quasi existente substantia ipsorum
unum esse et ens aliquid. Alii vero de natura
ut empedocles ut ad notius reducentes
dicunt quod unum ens est. Videbitur enim utique
dicere hoc amorem esse. Causa namque est hic u
num omnibus esse. Alii vero ignem, alii a
erem dicunt esse unum hoc et ens ex quo entia
esse et facta esse. Similiter et qui plura ponunt
elementa. Necesse namque et his tot dicere ens
et unum quot principia dicunt esse. Accidit
autem si quid quis non ponit esse quandam substantiam
unum et ens nec aliorum esse universalium nullum.
Haec namque universalia sunt maxime omnium.
Si vero non est aliquod unum ipsum nec ipsum

natum dicitur. invisibile vero et eo quod omnino
non habeat colorem et eo quod turpiter. Et si-
ne pede et eo quod non habet habet omnino pedes
et eo quod turpiter. Amplius et eo quod parum
habeat ut non igneum. Hoc autem est imperfecte
aliquo modo habere. Amplius quod non facili-
ter aut non bene, ut incisibile non so-
lum quod non secatur, sed quod non faciliter aut
quod non bene. Amplius omnino non habere. Cecus
enim non dicitur monoculus, sed qui in ambo-
bus non habet visum. Propter quod non omnis bonus
aut malus, aut iustus aut iniu-
stus, sed et medium.

Habere multipliciter dicitur. Uno quidem
ducere secundum suam naturam aut secundum suum
impetum. Propter quod febris dicitur habere hominem
et tyranni civitates et vestimentum in-
duti. Alio in quo utique aliquid existit
ut susceptibili, ut es habet speciem statu-
e et infirmitatem corpus. Alio ut con-
tinens contentum. Nam in quo est contentum
habere ab hoc dicitur, ut lagenam habere hu-
midum dicimus et civitatem homines et na-
vem nautas. Sic autem et totum habere par-
tes. Amplius prohibens secundum suum impetum
aliquid moveri aut operari habere dicitur hoc ipsum.
Ut columpne pondera superposi-
ta. Et ut poete athlantem faciunt ce-
lum tamquam casurum super terram, quemadmodum
phisiologorum quidam dicunt. Hoc autem
modo continens dicitur que continet habere que separa-
ta utique essent secundum suum impetum singula. Et
in aliquo autem esse similiter modo dicitur et consequenter
ipsi habere.

Ex aliquo esse dicitur uno
quidem modo ex quo est ut materia, et hoc
dupliciter: aut secundum primum genus aut secundum ulti-
mam speciem, puta sunt quedam ut omnia li-
quabilia ex aqua. Est autem veluti ex
ere statua. Alio vero ex primo mo-
vente principio, ut ex quo pugna? ex
convitio, quia hoc est principium pugne. Ali-
o ex composito ex materia et forma, ut
ex toto partes, et ex yliade versus, et ex do-
mo lapides. Finis enim est forma. Perfectum
vero habens finem. Hec autem ut ex parte species,
ut homo ex bipede et sillaba ex elemento.
Aliter enim hoc et statua ex ere. Nam ex sensi-
bili materia est composita substantia. Sed et species
ex speciei materia. Hec quidem igitur sic dicuntur. Alia vero
si secundum partem aliquam horum aliquis existit mo-
dorum, ut ex patre et matre puer et ex terra
plante, quia ex aliqua parte ipsorum. Ali-
o vero post quod tempore, ut ex die nox et ex se-
renitate tempestas, quia hoc post hoc. Horum
autem hec quidem quia habent transmutationem
ad invicem ita dicuntur, ut et que nunc sunt
dicta; hec autem eo quod secundum tempus consequenter solum,
ut ex equinoctio fiebat navigati-
o, quia post equinoctium fiebat; et ex dyoni-
siis tragedia, quia post dyonisia.

Pars quod dicitur uno quidem modo in
quam dividitur utique quantum quan-
titas. Semper enim ablatum a quanto inquantum
quantum pars utique dicitur, ut trium duo
pars dicuntur aliqualiter. Alio vero modo
que talium mensurant solum; propter quod duo trium
sunt quidem ut dicitur pars, sunt autem ut non.
Amplius in que dividitur aliquod aut ex
quibus componitur totum, aut species, aut hec
aut speciem, ut spere eree aut cubi e-

rei et res pars; hec autem est materia, angulus
speciei; et angulus pars. Amplius que sunt in
ratione unumquodque ostendente, et hee partes to-
tius; propter quod genus speciei et pars dicitur, aliter
autem species generis pars. Amplius in quod di-
viditur utique species sine quantita-
te, et hee partes huius dicuntur. Quare species generis
dicuntur esse partes.

Totum dicitur et cuius nulla pars abest
ex quibus dicitur totum natura, et continens con-
tenta ut unum aliquid esse illa. Hoc autem
dupliciter: aut enim ut unumquodque unum,
aut ut ex hiis unum. Universale quidem enim
et quod totaliter dicitur ut totum aliquid ens,
sic est universale quasi multa continens in predica-
ri de unoquoque, et unum omnia esse ut
unumquodque, puta hominem, equum, deum, quia
omnia animalia. Continuum vero et finitum,
quando unum aliquid ex pluribus est existentibus in-
sunt maxime quidem potentia; si autem non,
corpore. et actu. Horum vero magis autem que sunt
natura quam arte talia, quemadmodum
et in uno diximus, tamquam existente totalita-
te unitate aliqua. Amplius quanto
habente principium et medium et ultimum,
quorum quidem non facit positio differentiam omne dicitur,
quorum vero facit totum. Et que contingunt ambo-
rum, totum et omne. Sunt autem hec
quorum quidem natura eadem manet transpositio-
ne, figura vero non, ut cera et vestis;
et enim totum et omne dicuntur; habent enim ambo.
que dicuntur; totus vero — Aqua vero et quecumque sunt humida et numerus omnia
et tota aqua non dicitur nisi metaphora. Et
Omnia vero dicuntur in quibus omne ut
in uno, in hiis omnia ut in divisis. Omnis

hic numerus, omnes hee unitates.

Colobon vero dicitur quantorum non que contingit,
sed oportet partibile esse et totum.
Nam duo non sunt coloba, altero abla-
to uno. Non est equale colobonia et reli-
quum umquam. Nec totaliter nullus numerus;
et eandem oportet manere substantiam; si calix colo-
bus, adhuc oportet calicem esse; numerus autem
non adhuc idem. Adhuc autem et si dissimili-
um partium sunt, nec hec omnia. Numerus enim est
ut et dissimiles habet partes, ut dualita-
tem et trinitatem. Sed totaliter quorum non
facit positio differentiam nullum est colobon, ut
aqua aut ignis; sed oportet talia esse que secundum substantiam po-
sitionem habent. Amplius continua. Nam armonia
est ex dissimilibus quidem et positionem habet,
coloba autem non fit. Adhuc autem
neque quecumque tota, neque hec cuiuscumque particule
privatione coloba. Non enim oportet neque que prin-
cipalia substantie, nec ubicumque entia, ut si
perforetur calix, non colobus, sed si auris
aut extremitas aliqua, et homo non si car-
nem aut splenem, sed si extremitatem, et hanc
non omnem, sed que non habet generationem ablata to-
ta. Quapropter calvi non sunt colobi.

Genus dicitur hoc quidem si sit generatio continua
eandem speciem habentium, ut dicitur
donec utique hominum genus sit, quia donec
est generatio continua eorum. Illud vero a quo
sunt primo movente ad esse. Sic enim dicuntur
Helenes genere, hii vero Iones, quia hii quidem ab Hel-
lene, illi vero ab Ione primo generante.

Et magis qui a generante quam qui a ma-
teria. Dicuntur enim et a femina genus, ut a Pirra. Am-
plius autem ut superficies figurarum

genus superficierum et solidorum solidum. Figurarum enim unaquaeque haec quidem superficies est talis, haec autem solidum tale; hoc autem est quod subiicitur differentiis. Amplius ut in rationibus quod primum inest quod dicitur in eo quod quid est, hoc genus, cuius differentiae dicuntur qualitates. Genus igitur toties dicitur: aliud quidem secundum generationem continuam speciei eiusdem, aliud quidem secundum primum movens eiusdem speciei, aliud vero ut materia; cuius enim est differentia et qualitas, hoc est subiectum quod dicimus materiam.

Diversa vero genere dicuntur quorum diversum primum subiectum. Et non resolvitur alterum in alterum, nec ambo in idem, ut species et materia diversa genere. Et quaecumque secundum diversam figuram cathegoriae entis dicuntur; alia namque quid est significant entium, alia quale quid, alia ut divisum est prius. Nec enim resolvuntur neque in invicem neque in unum aliquod.

Falsum dicitur uno modo ut res falsa. Et hoc quidem quod per non componi aut per impossibile esse componi; sic enim dicitur diametrum esse commensurabilem aut te sedere; horum enim falsum hoc quidem semper, illud vero quandoque. Sic enim non entia haec. Alia vero quaecumque sunt quidem entia et apta nata sunt videri aut non qualia sunt aut quae non sunt, quaecumque ut sciagraphia et somnia; haec namque sunt aliquid, sed non quorum faciunt phantasiam. Res ergo falsae sic dicuntur, aut quia non sunt ipsae, aut quia ab eis phantasia non entis est. Ratio vero falsa quae est non entium inquantum falsa. Unde omnis ratio falsa alterius quam cuius est vera, ut quae circuli falsa trigoni. Cuiuslibet autem ratio est quidem ut una, quae quod quid erat esse. Est autem ut multae, quoniam idem aliqualiter ipsum et ipsum passum, ut Socrates et Socrates musicus; falsa autem ratio nullius est simpliciter ratio. Quapropter Antisthenes opinabatur fatue, nichil dicens dignum praeter propria ratione unum in uno; ex quibus accidit non esse contradicere, fere autem neque mentiri. Est autem unumquodque dicere non solum sua ratione, sed et ea quae alterius, falso et omnino. Est autem ut et vere, sicut octo duplum dualitatis ratione. Haec quidem igitur ita dicuntur falsa. Homo autem falsus qui promptus et electivus talium rationum non propter aliud aliquid sed propter id ipsum, et qui aliis talium factivus rationum, sicut res dicimus esse falsas quaecumque falsam faciunt fantasiam. Quare quae in Hippia oratio refutatur ut eadem sit vera et falsa; potentem enim mentiri accipit falsum; hic autem sciens et prudens. Amplius volentem pravum meliorem. Hoc autem falsum accipit per inductionem; nam voluntarius claudicans non voluntario melior, claudicare imitari dicens. Quoniam si claudus voluntarius deterior, forsan sic in more et hic.

Accidens dicitur quod inest alicui et verum est dicere, non tamen nec ex necessitate nec ut magis, puta si aliquis fodiens plantae fossam thesaurum invenit. Hoc igitur accidens fodienti fossam invenire thesaurum; nec enim ex necessitate hoc ex hoc aut post hoc, nec ut frequenter, si quis plantat, invenit thesaurum. Et quis utique musicus erit albus; sed quoniam nec ex necessitate nec ut frequenter

gis habitat accidens ipsum cuius. Quare et causa h(uius)
existens aliquo quando thesaurum quod accidit et
accidit alicui et quando quandoque existit quidem
sed non quia hoc aut nunc aut hic. accidens erit.
Nec est aliqua causa determinata accidentis sed quecumque
contingit. hoc autem indeterminatum. Accidit autem
alicui in Eginam venire si non
propter hoc advenit ut illuc veniat sed ab
hieme expulsus aut a latronibus
captus evenit quidem et est accidens at non in
quantum ipsum sed in quantum alterum. Hiems enim
est causa non quo navigabat veniendi.
Hoc autem erat Egina. Dicitur autem et aliter ac-
cidens ut quecumque existunt unicuique per se non
in substantia existentia velud triangulo duos rec-
tos habere. Et hec quidem contingit sem-
piterna esse. illorum vero nullum. huius autem
ratio in aliis.

Liber sextus

Principia et cause queruntur
entium. palam autem
quia in quantum entia. Est
enim aliqua causa sanitatis et
convalescentie. Sunt et ma-
thematicorum principia et elementa et cause.
et totaliter omnis scientia intellectualis par-
ticipat ad intellectum est circa causas et principia
aut certiora aut simpliciora. Sed omnes
iste circa unum quoddam et genus aliquod circumscrip-
te de hoc tractant. sed non de ente sim-
pliciter. nec in quantum est ens. Nec de ipso quod
quid est nullam rationem faciunt. Sed ex hac
quedam sensui facientes ipsum manifestum.
Alie autem supponentes accipientes quod quid est.
sic que per se insunt generi circa quod sunt demonstrant
aut magis necessarie aut infirmius. Qua-
re palam quia non est demonstratio substantie neque
eius quod quid est ex tali inductione. Sed
quidam alius modus ostensionis. Si-
militer autem nec si est aut non est genus
circa quod versantur nichil dicunt. quia eiusdem
rationis est ipsum quod quid est manifestum facere
et si est. Quoniam vero physica scientia est circa
genus quoddam entis. Nam circa talem est substantiam
in qua est principium motus et status
in ea. palam quia nec activa est neque factiva.
Factivarum enim in faciente principium aut
intellectus aut ars aut potentia quedam. activarum
vero in agente prohaeresis. Idem enim
est agibile et eligibile. Quare si omnis dia-
noia aut activa aut factiva aut
theorica. erit circa tale ens quod est possibile — physica theorica quedam est. sed theorica
moveri. et circa substantiam que secundum rationem ut in pluribus
magis non separabilem solum. Oportet autem quod quid
erat esse et rationem quo est non latere. tamquam
sine hoc querere nichil facere sit. Diffini-
entium autem et ipsorum quid est hec quidem ita sunt
ut simum. illa vero ut concavum. Diffe-
runt autem hec quia simum quidem conceptum est
cum materia. est enim simum concavus nasus. con-
cavitas vero sine materia sensibili. Si i-
gitur omnia physica similiter simo dicun-
tur ut nasus oculus facies caro os totaliter
animal. folium radix cortex totaliter
planta. nullius enim ratio sine motu. sed
semper habet materiam. palam quomodo oportet in physicis
ipsum quid est querere et diffinire. Ideo
quia et de anima quadam speculari est physici
quecumque non sine materia est. Ergo quia est physica
theorica manifestum ex hiis. Sed est et
mathematica theorica. Sed si immobilium

et separabilium est, nunc adhuc non ma-
nifestum. Quia tamen quedam mathemati-
ca inquantum immobilia et inquantum separabi-
lia speculantur, palam. Si vero est immo-
bile aliquid et separabile, manifestum palam
quia est theorice id nosse, non tamen phisice.
Nam de mobilibus quibusdam est phisica. Nec
mathematice, sed prioris ambarum. Phisica
namque circa inseparabilia quidem sed non immo-
bilia. Mathematice autem quedam circa im-
mobilia quidem, sed forsan inseparabilia for-
san, tamquam in materia. Phisica prima vero circa se-
parabilia et immobilia. Necesse vero omnes
quidem causas esse sempiternas, et maxime has. Hee
namque cause manifeste invisibilium. Quare tres
erunt philosophie theorice: mathematica, phy-
sica, theologia. Non enim immanifestum quia si ali-
cubi divinum existit, in tali natura existit,
et honorabilissimam scientiam oportet circa ho-
norabilissimum genus esse. Ergo theori-
ce aliis scientiis desiderabiliores sunt, hec
autem theoricis. Dubitabit enim utique
aliquis utrum prima phisica sit universalis aut
circa aliquod genus et naturam unam. Non enim idem
modus nec in mathematicis, sed geo-
metria et astrologia circa aliquam naturam sunt;
illa vero universaliter omnium est communis. Si igitur
non est aliqua altera substantia preter natura consi-
stentes, phisica utique erit prima scientia.
Sed si est aliqua substantia immobilis, hec prior et
phisica prima et universalis sic quia prima; et de
ente inquantum ens est, huius utique erit
speculari, et que est et que insunt inquantum ens.
Sed quoniam ens simpliciter dictum dicitur mul-
tipliciter, quorum unum quidem erat quod

secundum accidens, et aliud quod ut verum, et non ens ut
falsum. Preter hec autem sunt figure catego-
rie, ut quid, quale, quantum, ubi, quando,
et si quid aliud significat hoc modo. Amplius
preter hec omnia quod potestate et actu. Quoniam ita-
que multipliciter dicitur ens, primum de eo
quod secundum accidens est dicendum, quia nulla est circa
ipsum speculatio. Signum autem: nulla
enim scientia nec activa nec factiva nec theorica
est de eo. Nec theorica. Non enim faciens
domum facit quecumque accidunt simul domui
fiente; infinita enim sunt; huius quod est volup-
tuosam aliis, aliis autem nocivam, aliis autem uti-
lem nichil prohibet esse factam, et alteram ut
est dicere ab omnibus entibus, quorum nullius est con-
fectiva factiva. Eodem vero modo nec geome-
ter speculatur sic accidentia figuris, nec
si alterum trigonum et trigonum duos rectos
habens. Et rationabiliter contingit. Quasi enim
est nomine solum accidens est. Unde Plato modo
quodam non male sophisticam circa non
ens ordinavit. Sunt enim sophistarum
rationes circa accidens ut est dicere maxime om-
nium, utrum diversum an idem musicum et grammaticum,
et musicus Coriscus et Coriscus, et si omne
quod est et non semper factum est, quare si musicus ens
grammaticus est factus, et grammaticus ens
musicus, et quecumque alie rationes tales sunt.
Videtur enim accidens aliquid prope non ens. Pala-
m autem et ex huiusmodi rationibus. Nam alio modo
entium generatio est et corruptio, eorum vero
que sunt secundum accidens non est. At tamen dicendum
est amplius de accidente inquantum contingit,
que eius natura et propter quam causam est. Simul enim for-
san palam erit et quare eius non est scientia.

Quoniam igitur sunt in entibus haec quidem semper similiter se habentia et ex necessitate non secundum vim dictam, sed quam dicimus in non contingere aliter; illa vero ex necessitate quidem non sunt neque semper, sed ut in pluribus: hoc principium et haec causa est eius quod est accidens esse. Quod enim est nec semper nec ut in pluribus, hoc dicimus accidens esse. Ut sub cane si fuerit yemps et frigus, hoc accidere dicimus, sed non si estuatio et calor, quia hoc quidem semper aut ut in pluribus, illud vero non. Et hominem album esse accidit; nec enim semper nec ut in pluribus; animal vero non secundum accidens. Et hedificatorem sanitatem facere accidens, quia non est hic natus facere hedificator sed medicus, sed accidit medicum esse hedificatorem. Et cocus voluptatem coniectans faciet utique aliquid salubre, sed non secundum pulmentariam. Quapropter accidere dicimus, et est ut facit simpliciter, aut non. Aliorum enim aliquando potentie factive sunt, horum vero nulla ars nec potentia determinata. Nam secundum accidens entium aut factorum et causa est secundum accidens. Quare quoniam non omnia sunt ex necessitate et semper aut entia aut fientia, sed plurima ut in pluribus, necesse esse quod secundum accidens ens, ut nec semper nec ut in pluribus album musicus est. Quando vero fit aliquando, secundum accidens erit. Si autem non, omnia erunt ex necessitate. Quare materia erit causa contingentis preter quod ut in pluribus aliter accidentis. Principium autem hoc quod sumendum, utrum nichil est nec semper nec ut in pluribus, aut hoc impossibile. Est igitur aliquid preter hoc quod utcumque contingit et secundum accidens. Sed utrum ut in pluribus, semper autem nulli inest, aut sunt quedam sempiterna, de his quidem igitur posterius perscrutandum est. Quod autem scientia non est accidentis palam. Scientia namque omnis aut est eius quod semper aut eius quod ut in pluribus. Nam quomodo docebitur aut docebit alium? Oportet enim diffinitum esse aut per semper aut per ut in pluribus, ut quia utile melicratum febricitanti ut in pluribus. Quod autem preter hoc non habebit dicere quando, puta nova luna; aut enim est semper aut ut in pluribus et quod nova luna; accidens autem est preter haec. Quid quidem igitur est accidens et propter quam causam et quia scientia non est eius, dictum est. Quod autem sunt principia et cause generabilia et corruptibilia sine generari et corrumpi, palam. Si enim non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius quod fit et corrumpitur non secundum accidens causam aliquam necesse est esse. Utrum enim erit hoc aut non? Si hoc fiat; si autem non, non. Hoc autem si aliud. Et ita manifestum quia semper tempore ablato a finito tempore veniet usque ad nunc. Quare hic morietur infirmitate aut vi, si exierit; hoc autem si sitierit; hoc autem si aliud; et ita veniet ad quod nunc est, aut in factorum aliquo. Ut si sitit; hoc autem si comedit mordicantia; hoc autem aut est aut non. Quare ex necessitate morietur aut non morietur. Similiter autem et si supersiliat aliquis ad facta, eadem ratio. Iam enim est hoc in aliquo. Dico autem factum ex

necessitate quod omnia que futura
ut moriturum fore vivente. Iam
enim aliquid factum est ut contraria in eodem
corpore. Sed si infirmitate aut vi
non adhuc nisi hoc factum fuit. Palam
igitur quia usque ad aliquid vadit principium,
hoc autem non adhuc ad aliud. Erit
igitur quod contingentis ut contingit, et causa
generationis ipsius nulla. Sed ad princi-
pium quale et causam quale reductio
talis utrum ut ad materiam aut ut
ad quod cuius gratia aut ut ad moven-
tium, maxime perscrutandum. Ergo de ente
quidem secundum accidens permittatur; determinatum est enim
sufficienter. Quod autem ut verum ens et
non ens ut falsum quoniam penes compositionem et divisio-
nem est, totaliter vero circa partitionem contradictionis;
verum quidem enim compositionem in composito habet,
negationem vero in diviso. Sed falsum
huius partitionis contradictionem. Quomodo autem
quod simul aut quod separatim intelligere acci-
dit, alius sermo. Dico autem quod simul
et quod separatim, ut non eo quod consequenter,
sed in unum aliquid fit. Non est enim falsum et
verum in rebus, ut quod quidem bonum verum,
quod autem malum falsum, sed in mente. Cir-
ca vero simplicia et quid est nec in men-
te est. Ergo quecumque oportet speculari circa sic
ens et non ens, posterius perscrutandum
est. Quoniam autem complexio est et divisio in
mente et non in rebus, quod autem ita ens
alterum ens a principaliter; aut enim quid est aut
quod quale aut quod quantum aut si
quid aliud copulat aut dividit
mens, quod quod ut accidens et quod ut verum
ens permittendum; causa enim huius quidem indefini-
ta, illius vero mentis aliqua passio,
et utraque circa reliquum genus entis, et
non extra ostendunt entem aliquam naturam en-
tis. Quare hec quidem permittantur.
Perscrutandum vero sunt entis ipsius cau-
se et principia in quantum ens. Palam autem
in quibus determinavimus de quotiens u-
numquodque dicitur, quia multipliciter dicitur ens. Si-
gnificat enim hoc quidem quid est.

Liber Septimus.

Ens dicitur multipliciter sicut divi-
simus in hiis que de quoti-
ens. Significat enim hoc quidem quid
est et hoc aliquid, hoc vero quod
quale aut quantum aut aliorum unum-
quodque sic predicatorum. Totiens autem en-
te dicto, palam quia horum primum ens quod
est quod quid est, quod significat substantiam. Nam cum dicimus qua-
le quid hoc, aut bonum dicimus aut ma-
lum, sed non tricubitum aut hominem; quando
vero quid est, nec album nec calidum nec
tricubitum, sed hominem aut deum. Alia vero
dicuntur entia eo quod talis entis hec
quidem quantitates esse, illa vero qualita-
tes, alia passiones, alia aliud quid
tale. Unde et utique dubitabit aliquis
utrum vadere et sanare et sedere unum-
quodque horum sit ens aut non ens. Si-
militer autem et in aliis talibus. Nichil enim
horum est nec per se aptum natum nec
separari possibile a substantia, sed magis
siquidem vadens entium est et sedens
et sanans. Hec autem magis apparent entia
quia est aliquod subiectum ipsis determinatum.
Hoc autem est substantia et unumquodque, quod quidem

in cathegoria tali apparet. Bonum
enim aut sedens non sine hoc dicitur. Quare
ergo quia propter eam et illorum singula sunt. Quare
si ent. primo ens et non aliquid ens sed simpliciter
substantia utique erit. Multipliciter quidem
dicitur quod primum. Sed substantia omnium primum ratione
et notitia et tempore. Aliorum enim cathego
rematum nullum est separabile, hec autem
sola. Et ratione autem hec primum. Nam necesse
est in uniuscuiusque ratione substantie rationem esse. Et
scire autem tunc singula maxime puta
mus quando quid est homo cognoscimus aut
ignem magis quam quale aut quantum
aut ubi. Quoniam et horum eorundem singula
scimus quando quid est ipsum quale aut quantum
scimus. Et quod olim et nunc et semper quesi
tum est et semper dubitatum quid est, hoc est que substantia.
Hoc enim hii quidem unum esse dicunt, illi vero
plura quam unum. Et hii quidem finita,
illi vero infinita. Quare et nobis
maxime et primum et solum ut est dicere de sic
ente speculandum est quid est. Videtur autem
substantia existere manifestissime quidem
corporibus. Unde animalia et plantas et earum
partes substantias esse dicimus, et naturalia corpora
ut ignem et aquam et terram et talium singula,
et quecumque aut partes eorum aut
ex hiis sunt aut partibus aut omnibus,
ut celum et partes eius astra et lu
sunt na et solem. Utrum vero hee sole sunt aut
et alie, aut horum quidem nullum, altere
autem quedam perscrutandum. Videntur autem
quibusdam corporis termini ut superficies et line
a et punctus et unitas esse substantie, et ma
gis quam corpus et solidum. Amplius preter sensi

bilia hii quidem non opinantur aliquid esse
tale, illi vero plura et magis entia sempiter
na, ut Plato species et mathematica
duas substantias, tertiam vero sensibilium cor
porum substantiam. Speusippus autem plures substantias
ab uno incohans, et principia cuiuslibet
substantie, aliud quidem numerorum, aliud autem ma
gnitudinum, deinde anime. Et hoc modo protendit
substantias. Quidam vero species et numeros eandem
habere dicunt naturam, alia vero habita, lineas et
superficies, usque ad primam celi substantiam
et sensibilia. De hiis igitur quid dicitur bene aut
non bene, et que sunt substantie, et utrum sint a
lique preter sensibiles aut non sunt, et iste
quomodo sunt, et utrum est aliqua separabilis substantia, et
quare et quomodo, aut nulla preter sensibiles, per
scrutandum est, configurantes primo substantiam quid est.

Dicitur autem substantia si non multipli
citer, in quattuor maxime; et enim quod quid
erat esse et universale et genus videtur substantia esse uniuscuius
que, et quartum horum subiectum. Subiectum vero
est de quo alia dicuntur, et illud ipsum non
adhuc de alio. Propter quod primum de hoc determinan
dum est. Maxime namque videtur esse substantia subiectum
primum. Tale vero modo quodam dicitur materia, alio
modo forma, tertio vero quod ex hiis. Dico
autem materiam quidem es, formam autem figu
ram speciei, quod autem ex hiis statuam totam.
Quare si species materia est prior et magis ens,
et eo quod ex utrisque prius erit propter eandem
rationem. Nunc quidem igitur typo dictum est quid
substantia, quia quod non de subiecto sed de quo ali
a. Oportet autem non solum ita; non enim sufficiens.
Ipsum enim hoc immanifestum. Et materia substantia fit. aliis
Si enim non ista, que est alia diffugit, alio substantia.

est sublatum: nichil apparet remanens. Nam
alia quidem corporum sunt passiones et fac
tiones et potentie. Longitudo vero et la
titudo et profunditas: quantitates quedam sunt.
Sed non substantie. Quantitas enim non substantia. Sed
magis cui insunt hec ipsa primum illud non est
substantia. At vero ablata longitudine et la
titudine et profunditate: nichil videmus re
manens: nisi si quid est determinatum ab hiis.
Quare materiam necesse videri solam substantiam
sic intendentibus. Dico autem materiam que
secundum se nullatenus nec quid nec quantitas neque
aliud aliquid dicitur quibus ens est determinatum.
Est enim quoddam de quo predicatur horum quod
libet: cui est esse alterum et cathegoriarum
unicuique. Alia namque de substantia predicantur.
Hec vero de materia. Quare quod est ultimum
secundum se nec quid nec quantum aliud est. Nec itaque ne
gationes. Et enim hee erunt secundum accidens. Ex hi
iis igitur speculantibus accidit substantiam esse materiam.
Sed impossibile. Et enim separabile et hoc
aliquid inesse videtur substantie. Quapropter species et
quod ex ambobus substantia videbitur esse magis
quam materia. At tamen eam que nunc ex ambo
bus substantiam: dico autem eam que ex materia et forma:
dimittendum. Posterior enim est et aperta. Mani
festa autem quodammodo et materia. De tertia autem per
scrutandum. Hec namque maxime dubitabilis.
Confitentur autem substantie esse sensibilium que
dam. Quare in hiis querendum primum. Quoniam
autem in principio divisimus quot determinamus
substantiam et horum unum quid videtur esse quod quid
erat esse: speculandum autem est de eo. Prius
est ad tradendum ad notius est. Disciplina
namque ita fit omnibus per minus nota nature

ad nota magis. Et ex hoc opus est,
quemadmodum in actibus facere ex unicuique
bonis totaliter bona: unicuique bona.
Sic ex ipsi notioribus que nature sunt nota
ipsi nota. Que autem singulis nota et
prima: multotiens debiliter nota et pa
rum aut nichil entis habent. At tamen ex ma
le quidem scibilibus ipsi autem noscibilibus que
omnino noscibilia noscere temptandum, procedentes
sicut dictum est per hec ipsa.

Et primum dicemus quedam de eo logice.
Quia est quod quid erat esse unumquodque quod
dicitur secundum se. Non enim est tibi esse musicum esse. Non
enim secundum te ipsum es musicus. Quod ergo secundum te
ipsum. Nec etiam hoc omne. Non enim quod ita secundum se
ut superficiei album. Quia non est superfici
ei esse: albo esse. At vero nec quod ex utrisque
superficiei albe esse. Quare? Quia adest
hoc ipsum. In qua ergo non inerit ratione ipsum
dicente ipsum: hec ratio eius quod quid erat esse si
ngulis. Quare si superficiei albe esse est super
ficiei esse leni: albo et levi esse idem
esse et unum. Quoniam vero sunt et secundum alias cathe
gorias composita. Est enim aliquod subiectum unicuique, ut
qualitati et quantitati et quando et ubi et motui:
perscrutandum igitur si est ratio ipsius quod quid erat
esse unicuique ipsorum esse et inest et hiis ipsum quod quid
erat esse: ut albo homini quod quid erat esse al
bo homini. Sit itaque nomen ipsi vestis.
Quid est vesti esse. At non neque secundum se dic
torum nec hoc. Aut ipsum non secundum se dicitur
dupliciter. Et huius aliquid ex additione:
aliud vero non. Hoc quidem enim eo quod ipsum
alii addi dicitur quod diffinitur, ut si albo
esse diffiniens dicat albi hominis rationem.

hoc autem eo quod aliud de alio, ut si significet ue-
stis album hominem, diffiniat uestem ut
album. Albus uero homo est quidem album,
non tamen quod erat esse albo esse. Sed uestem
esse, utrum est quod quid erat esse aliquid aut to-
taliter aut non? Nam quod quid est quod quid erat
esse est idem quod aliquid erat esse. Quando uero aliud
de alio dicitur, non est quod quidem hoc aliquid, ut al-
bus homo non est quod uere hoc aliquid, siquidem
hoc substantiis inest solum. Quare quod quid erat esse
est quorumcumque ratio est diffinitio. Dif-
finitio uero est non si nomen rationi idem si-
gnificet. Omnes enim erunt rationes termini. E-
rit enim nomen quodcumque rationi idem. Quare et
Ylias diffinitio erit. Sed si primi ali-
cuius sint. Talia uero sunt quecumque dicuntur
non eo quod aliud de alio dicatur. Non
erit ergo nulli non generis speciebus existens
quod quid erat esse, sed his solum. Hec namque uiden-
tur non secundum participationem dici et pas-
sionem nec ut accidens. Sed ratio quidem erit
cuiuslibet et aliorum quid significat, si est no-
men, quia hoc huic inest, aut pro sermone
simpliciter certior. Diffinitio uero non
erit, nec quod quid erat esse. Aut et
diffinitio sicut et quod quid est multipli-
citer. Et enim quod quid est uno quidem
modo significat substantiam et hoc aliquid, alio
uero quodcumque predicamentorum, quantitatem
et qualitatem et alia quecumque talia. Sic-
ut enim et le est existit in omnibus, sed non
similiter, sed huic quidem primo, aliis uero consequenter, ita
et quod quid est simpliciter quidem substantie, alio
uero modo aliis. Et enim qualitatem interroga-
uimus quid est. Quare et qualitas eorum que quid

est quidem, sed non simpliciter. Sed sicut de non
ente logice dicunt quidam esse non
ens, non simpliciter sed non ens, sic et
qualitatem. Oportet quidem igitur intendere et
quomodo oportet dicere circa unumquodque, non
tamen magis quam quomodo habet. Quapropter et nunc
quoniam quod dicitur manifestum, et quod quid erat es-
se similiter inerit primum quidem et simpliciter
substantie, deinde aliis. Quemadmodum quod quid est
non simpliciter quod quid erat esse, sed qualitati
quod quid erat esse. Oportet enim aut equiuoce hec
dicere esse entia, aut addentes et au-
ferentes, quemadmodum et quod non scibile sci-
bile. Quoniam hoc quidem rectum est neque equiuo-
ce dicere neque eodem modo, sed quemadmodum me-
dicinale eo quod ad idem quidem et unum, non
idem autem et unum, non tamen neque equiuoce.
Nec enim medicinale corpus et opus et
uas dicitur nec equiuoce nec secundum unum, sed
ad unum. Hec quidem igitur quocumque modo quis
uelit dicere, differt nichil. Illud autem
palam, quia que prima et simpliciter diffinitio et
quod quid erat esse substantiarum est. Et non
solum, sed et aliorum similiter est, uerumtamen non
primo. Non enim est necesse, si hoc ponimus, huius diffinitionem
esse quod rationi idem significat, sed cuidam ratio-
ni. Hoc autem si unius fuerit, non eo quod con-
tinuum sicut Ylias, aut quecumque colli-
gatione, sed si quotiens dicitur unum. Unum
uero dicitur sicut ens. Ens autem hoc quidem
hoc aliquid, aliud uero quantitatem, aliud qua-
litatem significat. Quapropter erit albi hominis
ratio et diffinitio, alio uero modo et albi et
substantie. Habet autem dubitationem, si quis non dicat
diffinitionem esse ex additione rationem, cuius erit

diffinitio ipsorum non simplicium sed copula
torum. Ex additione enim necesse palam fa
cere. Dico autem ut est nasus et concavi
tas et simitas quod ex duobus dicitur eo quod hoc
in hoc. Et non secundum accidens sane concavitas
neque simitas passio nasi: sed secundum se. Nec
ut album callie aut homini. quia callias
albus cui accidit hominem esse: sed ut ma
sculinum animali et equalitas quantitati et omnia
que dicuntur secundum se existere. Hec autem sunt
in quibus inest aut ratio aut
nomen cuius est passio: et non contingit o
stendere separatim. sicut album sine homine
contingit. sed non femininum sine animali. Quare
horum quod quid erat esse et diffinitio aut non
est alicuius. aut si est. aliter est quemadmodum
diximus. Est autem et alia dubitatio de eis.
Si autem idem simus nasus et concavus
nasus: idem erit simum et concavum. Si vero
non: quia impossibile est dicere simum sine
re cuius est passio secundum se. Est enim simum concavi
tas in naso: nasum simum dicere aut
non est aut bis idem erit dictum nasus
nasus concavus. Nasus enim simus: nasus
nasus concavus erit. Propter quod inconveni
ens est inesse talibus quod quid erat esse. Si autem
non: in infinitum sunt. Naso namque na
si simo adhuc aliud inerit. Palam
itaque quia solius substantie est diffinitio. Nam si
aliarum cathegoriarum: necesse est ex
additione esse. ut qualitatis et imparis.
non est enim sine numero. Nec est femininum si
ne animali. Ex additione vero dico: in quibus
accidit idem bis dicere. sicut in hiis. Si vero
hoc verum: nec copulatorum erit. ut numeri im

paris. Sed latet quia non certe dicuntur rationes.
Si vero sunt et horum termini: aut alio modo
sunt: aut quemadmodum dictum est multipliciter
oportet dicere esse diffinitionem et quod quid erat esse.
Quare est sic quidem nullius erit diffinitio. nec
quod quid erat esse alicui inerit nisi substantiis.
Sic autem erit. Quod quidem igitur est diffinitio.
que ratio quod quid erat esse est: et quod quid erat
esse aut solum substantiarum est. aut maxime.
et primum et simpliciter palam.

Utrum autem idem est aut alterum quod
quid erat esse et unumquodque: perscru
tandum est. Est enim aliquid pre opere ad de sub
stantia perscrutationem. Singulum enim non
aliud videtur esse. aut sui ipsius substantia. Et quod
quid erat esse dicitur singuli substantia. In dictis
quidem itaque secundum accidens videbitur utique di
versum esse. ut albus homo alterum. et albo homini
esse. Si enim idem homini esse et albo homini idem. Idem
est homo et albus homo ut aiunt. Quare et albo h
omini et homini. Aut non necesse est quecumque secundum
accidens esse eadem. Non enim similiter extremita
tes fiunt hee eedem. Sed forsan illud vi
debitur accidere extremitates fieri easdem secundum acci
dens. ut albo esse et musico. Videtur autem
non. In dictis vero secundum se. Ergo necesse idem esse. ut
siqua sunt substantie. a quibus altere non sunt
substantie. nec altere nature priores. quales dicunt
ydeas esse quidam. Si enim erit alterum
ipsum bonum et quod bono esse. et animal et quod animali
esse. et ens et quod enti. erunt alie substantie
et nature et ydee preter dictas. et priores substantie
ille. siquidem quod erat esse substantia est. Et si
quidem absolute ab invicem: horum quidem
non erit scientia. Hec autem non erunt entia. Di

eo autem absolutum si sit bono ipsi existit esse bono, et ex hiis esse bonum. Palam etiam quia contingit quod quid erat illi esse in bono et aliis sic esse. Et si nec bono esse inest neque huic genera esse. Et que nec unum. Similiter autem omnia sunt et ut nullum quod quid erat esse. Et si neque eius enti nec aliorum nullum. Amplius cui non inest bono esse non bonum. Necesse ergo unum esse benignum et benigno esse et bonum et bono esse, quecumque non secundum aliud dicuntur, sed per se et prima. Et enim hoc sufficiens si existat, et que non sint species. Magis autem forsan et si sint species. Simul que palam quia si sint ydee quales quidam dicunt, non erit subiectum substantia. Has enim substantias esse est necesse. Non de subiecto autem. Erunt enim secundum participationem. Ex hiis itaque rationibus unum et idem non secundum accidens ipsum unumquodque et quod quid erat esse. Et quia scire unumquodque hoc est quod quid erat esse scire. Quare secundum expositionem necesse unum aliquid esse ambo. Secundum accidens vero dictum est ut musice aut album propter duplex significare non est verum dicere quia idem quod quid erat esse et ipsum. Et enim cui accidit album et accidens. Quare est quidem ut idem, est autem ut non idem: quod quod erat esse et ipsum. Non enim homini et albo homini non idem, sed passioni autem idem. Absurdum vero apparebit et si quis unicuique nomen imposuerit eorum quod erat esse. Erit enim et preter illud aliud ei quod quid erat esse equo ipsi quod quid erat esse equo alterum. Et quod prohibet nunc esse quedam statim quod erat esse, si quod quid substantia est. quod quid erat esse. At vero non solum unum sed et ratio eadem eorum, sicut palam est ex dictis. Non enim secundum accidens unum quod uni esse et unum. Amplius si aliud erit, in infinitum ibit. Hoc quidem quod erat quod erat esse unius, hoc vero unum. Quare et in illis eadem ratio. Quod quidem igitur in primis et secundum se dictis unicuique esse et unum idem et unum, palam. Sophistici autem elenchi ad positionem hanc palam quia eadem solvuntur solutione, et si idem Socrates et Socrati esse. Nichil enim differt nec ex quibus interrogabit utique aliquis nec ex quibus solvens fuerit. Quo vero modo ergo quod quid erat esse idem et quo non idem unicuique dictum est.

Horum autem que fiunt hec quidem natura fiunt, hec autem arte, alia autem a casu. Omnia vero que fiunt ab aliquo fiunt et ex aliquo et aliquid. Hoc autem aliquid dico secundum quamlibet cathagoriam. Aut enim hoc aut quantum aut quale aut ubi. Et generationes autem naturales quorum hec sunt quorum generatio ex natura est. Hoc autem ex quo fit quam dicimus materiam. Hoc autem a quo eorum que natura aliquid sunt. Hoc autem aliquid homo aut planta aut aliud quod talium que maxime dicimus substantias esse. Omnia vero que fiunt aut natura aut arte habent materiam. Possibile enim et esse et non esse eorum quodlibet. Hec autem est que in unoquoque materia. Universaliter: et ex quo natura et secundum quod natura. Factum enim habet naturam, ut planta aut animal, et a quo que secundum speciem dicta natura que eiusdem speciei. Hec autem in alio. Homo namque hominem generat. Sic quod

ergo que fiunt que fiunt per naturam. Alie generatio
nes vero dicuntur factiones. Omnes autem
factiones sunt aut ab arte. aut a potesta
te. aut a mente. Harum autem quedam fiunt
et a casu et a fortuna similiter: ut in hiis
a natura. Quedam enim et illic eadem et ex sper
mate fiunt: et sine spermate. De
hiis quidem igitur posterius perscrutandum. Ab
arte vero fiunt quorumcumque species est in
anima. Speciem autem dico: quod quid erat esse
uniuscuiusque et primam substantiam. Et enim contrariorum
modo quodam eadem species. Privationis enim
est substantia que substantia est opposita. ut sani
tas infirmitatis. illius enim est absentia: o
stenditur infirmitas. Sanitas autem que
in anima ratio et in scientia. Fit itaque sanum
intelligente ita. quoniam hec sanitas. necesse si
sanitas erit: hoc existere puta regula
ritatem. Si vero hoc calorem. Et ita semper
intelligit donec utique adducat in hoc quod
ipse valet ultimum facere. Deinde iam ab hoc
motus: factio vocatur ad sanandum. Quare
accidit modo quodam: ex sanitate sa
nitatem fieri. et domum ex domo sine
materia materiam habentem. Medicinalis enim est
et edificatoria: species sanitatis et do
mus. Dico autem substantiam sine materia:
quod quid erat esse. Generationum vero et motu
um. hic quidem intelligentia vocatur. illa vero
factio. Que quidem a principio et a specie: in
telligentia. Que vero ab ultimo intelligenti
e: factio. Similiter autem et aliorum interme
diorum unumquodque fit. Dico autem ut si sanum
valescat: oportet adequari. Quid igitur est
adequari? hoc. hoc autem erit si calefiat

tum facere. Hoc vero quid est hoc. Existit autem hoc
potestate. hoc autem iam in ipso. Faciens
itaque et unde inchoat motus sanandi.
si quidem ab arte: species est que in anima. Si
vero a casu: ab hoc quod quandoque faciendi est prin
cipium facienti ab arte. ut quod in medendo
forsan a calefacere principium. Hoc autem
facit fricatione. Calor itaque in corpore aut
pars est sanitatis aut sequitur eum aliquid tale
quod est pars sanitatis aut per plura. Hoc autem ul
timum faciens. et quod ita pars est sanitatis.
et domus ut lapides. et aliorum. Quare sicut
dicitur impossibile fieri esse si nichil preexistat.
Quod quidem igitur partem ex necessitate preexistere pa
lam. Materia namque pars. inest enim et fit hec.
Sed utrum et eorum que in ratione. Utroque autem
modo dicimus ereos circulos quid sunt.
et materiam dicentes quia es. et speciem quia figura
talis. Et hoc est genus in quo primum ponitur. Ere
us itaque circulus habet in ratione materiam.
Ex quo vero ut materia fit: quedam di
cuntur cum fiunt non illud. sed illineum. ut
statua non lapis. sed lapidea. Homo autem
convalescens non dicitur illud ex quo. Causa
vero: quia fit ex privatione et subiecto quod dicimus
materiam. Ut et homo et laborans fit sanus.
Magis tamen dicitur fieri ex privatione. ut ex labo
rante sanus quam ex homine. Propter quod
laborans quidem sanus non dicitur: sed
homo. et homo sanus. Quorum vero privatio non
manifesta et innominabilis. ut in ere figure
cuiuslibet. aut in lateribus et lignis domus.
ex hiis videtur fieri. ut illic ex laborante.
Propter quod sicut nec ibi ex quo hoc. illud non
dicitur. nec hic statua lignum. sed producitur

lignea non lignum, et enea non es, et lapidea non lapis, et domus latericia sed non lateres. Quoniam nec quod ex ligno fit statua aut ex lateribus domus, siquis valde inspiciat, non utique simpliciter dicet, quia oportet permutato fieri ex quo, sed non permanente. Propter hoc quidem ita dicitur. Quoniam vero ab aliquo fit quod fit. Hoc autem dico unde principium generationis est, et ex aliquo. Sit autem non privatio hoc sed materia. Iam enim diffinitum est quomodo hoc dicimus, et quod fit. Hoc autem est spera aut circulus aut quodcumque evenit aliorum. Quemadmodum nec subiectum facit es, sic nec speram, nisi secundum accidens, quia enea spera est et illam facit. Nam hoc aliquid facere ex totaliter subiecto hoc facere est. Dico autem quod es rotundum facere est non quod rotundum aut speram facere, sed alterum aliquid, ut speciem hanc in alio. Nam si facit, ex aliquo faciet aliud. Hoc enim subiciebatur, ut facere eneam speram. Hoc autem ita, quia ex hoc quod est es, hoc facit quod est spera. Si igitur et hoc facit ipsum, palam quia similiter faciet, et ibunt generationes in infinitum. Palam igitur quia nec species, aut quodcumque oportet vocare in sensibili formam, non fit, nec est eius generatio, neque quod quid erat esse hoc. Hoc enim est quod in alio fit aut ab arte aut a natura aut potestate. Eneam vero speram esse facit. Facit enim ex ere et spera. Nam in hoc hanc speciem facit, et est hoc spera enea. Hoc autem spere esse eius, vero quod est spere esse omnino si est generatio, ex aliquo aliquid erit. Oportebit enim divisibile esse semper quod fit, et esse hoc quidem hoc, et hoc hoc. Dico autem quia hoc quidem materiam, illud vero speciem. Si igitur est spera ex medio figura equalis, huius hoc quidem est in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc autem omne quod factum est, ut enea spera. Palam igitur ex dictis quia quod quidem ut species aut substantia dicitur non fit, synodus autem secundum hanc dictus fit. Et in omni generato materia inest, et est hoc quidem hoc et hoc hoc. Utrum igitur est quedam spera preter has, aut domus preter lateres? Aut nunquam facta esset, si sic erat hoc aliquid. Sed quia tale significat, hoc autem et determinatum non est, sed facit et generat ex hoc tale, et quando generatum est, est hoc tale. Hoc autem omne hoc Callias aut Socrates est, quemadmodum spera enea hec, homo vero et animal quemadmodum spera enea totaliter. Palam igitur quia specierum causa, sicut consueverunt quidam dicere species, si sunt quedam preter singularia, ad generationes et substantias nichil utiles. Nec utique erunt propter has substantie secundum se. In quibusdam vero et palam quia generans tale quidem est quale generatum, nec tamen idem, nec unum numero, sed unum specie, ut in physicis. Homo namque hominem generat, nisi quid preter naturam fiat, ut equus mulum. Et hec quoque similiter. Quod enim commune est super equum et asinum non est nominatum, proximum genus. Sunt autem ambo forsan velud mulus. Quare palam quia non oportet ut exemplar species probare. Maxime enim in hiis quesivissent. Nam substantie maxime hee. Sed sufficit

sicut est generans faciens et speciei causam esse
in materia. Omnis vero iam talis species in
hiis carnibus et ossibus: Callias et Socrates.
et diversa quidem propter materiam diversa namque:
idem vero specie. nam individua species. Du
bitabit autem aliquis quare alia fiunt arte
et casu. ut sanitas. alia vero: ut domus.
Causa vero est quia horum quidem materia prin
cipians generationem in faciendo et fieri aliquid eorum que
ab arte. in qua existit aliqua rei pars. hec
quidem talis est qualis moveri a se. alia vero
non. Et huius hec quidem sic potens. hec autem in
potens. Multa namque possunt quidem a se ipsis
moveri: sed non sic puta saltare. Quorum
igitur talis est materia ut lapides: impossibile
sic moveri nisi ab alio. sic tamen utique et
ignis. Propter hoc hec quidem non erunt sine
habente arte: hec autem erunt. Ab hiis
enim movebuntur non habentibus quidem artem.
moveri vero potentibus eis aut ab ali
is non habentibus arte. aut ex parte.
Palam vero ex dictis quia modo quodam
omnia fiunt ex univoco. quemadmodum na
tura: aut ex parte univoco. ut domus
ex domo. aut ab intellectu. ars enim species.
aut ex parte: aut habente aliquam partem.
nisi secundum accidens fiat. Causa namque faciendi
prima secundum se pars. Calor enim in motu
calorem in corpore facit. Hic vero est aut
sanitas. aut pars. aut sequitur eum pars
aliqua sanitatis. aut sanitas ipsa. Propter quod
et dicitur facere: quia illud facit sanitatem cui
consequitur et accidit calor. Quare quemadmodum in
sillogismis omnium principium est sub
stantia: nam ex quod quid est sunt sillogismi. et hec

generationes similiter. Itaque huius et que se
cundum naturam constituta: se habent. Nam sperma
facit sicut que ab arte. habet enim potentia speciem.
et a quo sperma: est aliqualiter univocum.
Non enim omnia sic oportet querere: ut ex homine
homo. Et enim femina ex viro. Unde
mulus non ex mulo. Sed si non orba
ta fuerint. Quecumque autem a casu: si
cut ibi fiunt. quorum quidem materia potest
a se ipsa moveri hoc motu quo sperma
movet. Quorumcumque vero non: ea impossi
bilia sunt fieri aliter quam ex ipsis. Non
solum autem de substantia ostendit ratio non fieri
speciem: sed de omnibus similiter primis communis
ratio. ut quantitate et qualitate: et
aliis cathegoriis. Fit enim velut es
nea sphera. sed non sphera nec es. et in ere
si fit. Semper enim oportet preexistere materiam et
speciem. Et in quid et in quantitate et in quali
tate et aliis similiter cathegoriis. Non
enim fit quale: sed quale lignum. nec quantum.
sed quantum lignum aut animal. Sed proprium substantie
ex hiis accipere est quia necesse preexistere
semper alteram substantiam actu existentem: que facit.
ut animal si fit animal. Quale vero aut quantum
non necesse: nisi potentia solum.
Quoniam vero diffinitio ratio est. et omnis
ratio partes habet. ut autem ratio ad rem.
et pars rationis ad partem rei similiter se habet.
Dubitatur iam an oportet partium rationem
esse in toti ratione. an non. In quibusdam
enim videntur esse. in quibusdam vero non. Nam circuli ratio
non habet eam que sectionum. Que autem
sillabe: habet eam que elementorum. Et tamen dividi
tur et circulus in sectiones ut sillaba in elementa.

Tamquam autem si priores sunt partes toto.
et recti acutus est pars: et digitus hominis:
prior erit acutus recto. et digitus homine.
Videntur autem illa esse priora. Secundum namque rationem
dicuntur ex illis. et secundum esse sine invicem priora.
Aut multipliciter dicitur pars. quorum unus
quidem modus est qui mensurat secundum quantitatem. Sed
hoc quidem pretermittatur. Ex quibus vero substantia est.
ut partibus perscrutandum est. Si igitur est hoc quidem
materia. illud vero species. aliud quod ex his. et est
substantia materia et species. et quod ex his est quare
ut materia pars dicitur. Est autem ut non.
sed ex quibus speciei ratio. ut concavitatis non est
pars caro. Hec namque materia in qua fit. Si-
mitatis vero pars aliqua est. Et totius quidem
statue: pars est es. Eius autem que ut species
dicitur statue: non. Dicendum enim est speciem et in quantum
habet speciem: unumquodque. Sed materiale numquam secundum se
est dicendum. Quapropter circuli ratio non habet eam que est
sectionum. Sed que sillabe: eam que est elementorum. Nam
elementa rationis partes sunt speciei et non materia.
Incisiones vero: huius sic partes. ut in materia
in quibus fiunt. propinquius tamen speciei: quam
es. quando in ere fit rotunditas. Est autem
ut nec elementa omnia sillabe: in ratione insunt.
ut hec cerea. aut que in aere. Iam enim et hec
pars sillabe. quemadmodum sensibilis. Et enim linea non
si divisa in medietates corrumpitur. aut homo in
ossa et nervos et carnes: propter hoc et sunt ex
his sic. ut entibus substantie partibus. sed ut
ex materia. Et eius quidem quod simul totum partes.
Speciei vero et cuius ratio: non adhuc. Quapropter
nec in rationibus. Horum quidem igitur inerit ta-
lium partium ratio. Horum vero non oportet inesse. si non
fuerint simul sumpti. Nam propter hoc quedam quidem ex
his sunt ut principiis sunt in que cor-
rumpuntur: quedam vero non sunt. Quecumque
quidem igitur sunt simul accepta species et materia. ut
simum aut ereus circulus. hec quidem
corrumpuntur in hec. et pars ipsorum materia.
Quecumque vero non concipiuntur cum materia.
sed sine materia: ut rationes speciei solum. hec non
corrumpuntur. aut omnino: aut taliter non.
Quare illorum quidem principia et partes: que sunt
sub ipsis. Speciei vero: nec partes: nec
principia hec. Et ideo corrumpitur lutea sta-
tua: in lutum. et spera: in es. et callias:
in carnem et ossa. Amplius autem et circulus
in incisiones. Est enim aliquis qui concipitur cum
materia. Equivoce namque dicitur circulus qui simpliciter
dicitur et singulariter. propter non esse proprium nomen singularibus.
Dictum est quidem igitur et nunc ipsum verum. et tamen
amplius manifestius dicemus repetentes.
Nam quecumque sunt rationis partes. et in que di-
viditur ratio: hec sunt priores. aut omnes. aut
quedam. Recti vero ratio non dividitur in acuti
rationem: sed que est acuti. in eam que est recti. Utitur
enim diffiniens acutum: recto. Minor enim est rec-
to: acutus. Similiter autem et circulus et semi-
circulus se habent. Semicirculus enim diffi-
nitur circulo. et digitus toto. Talis enim est hominis
pars: digitus. Quare quecumque sunt partes ut materia:
et in que dividitur ut in materiam: sunt posteriora.
Quecumque vero ut rationis et substantie secundum rationem:
priora aut omnia. aut quedam. Quoniam vero animalium
anima: hoc enim est substantia animati que secundum rationem substantia
et species. et quod quid erat esse tali corpori. Unius-
cuiusque enim pars si diffiniatur bene: non si-
ne opere diffinietur. quod non existet sine
sensu: quare huius partes priores aut omnes.

aut quedam simul toto animali. Et si unumquodque
quoque ita simul. Corporis vero et horum partes po-
steriores sunt hac substantia. Et dividi-
tur in has ut in materiam non substantia sed simul
totum. Eo quidem igitur quod sunt totius priora
hec est ut, est autem ut non. Non enim possunt esse
separata. Non enim qui quocumque modo se habens
digitus animalis sed equivocus qui mortuus.
Quedam vero simul quecumque principalia et
in quo primo ratio et substantia puta si hoc cor
aut cerebrum. Nichil enim differt utrum tale.
Homo autem et equus et que ita in singulari-
bus. Universaliter autem non sunt substantia sed simul to-
tum quoddam ex hac materia et hac ratione ut
universaliter. Singulare vero ex ultima materia
Socrates iam est et in aliis similiter. Pars quidem igitur
est et speciei. Speciem autem dico quod quid erat esse
et simul totius eius quod ex specie et materia ipsa.
Sed rationis partes que speciei solum sunt. Ratio
vero est ipsius universalis. Circulo enim esse et circulus
et anime esse et anima idem. Simul totius autem puta
circuli huius et singularium alicuius aut sensibilis
aut intellectualis. Intellectuales vero di-
co ut mathematicos et sensibiles ut e-
neos et ligneos. Horum autem non est diffinitio
sed cum intelligentia aut sensu cognoscuntur. Sed
est cum actu intellectus. Abeuntes vero ex actu
non palam utrum quidem sunt aut non sunt.
Sed semper dicuntur et cognoscuntur universali ratione. Materia
quidem ignota secundum se. Materia vero alia sensi-
bilis alia intellectualis. Sensibilis quidem ut
es et lignum et quecumque mobilis materia. Intellectua-
lis vero que in sensibilibus existit non in quantum sen-
sibilia ut mathematica. Quomodo igitur habet de
toto et parte et priore et posteriore dictum
est. Interrogatum vero obviare est ne-
cesse cum quis interrogat utrum rectus et
circulus et animal priora aut in que dividuntur
et ex quibus sunt partes, quod non simpliciter. Si enim
quidem est et anima animal aut animatum aut unum-
quodque que uniuscuiusque, et circulus quod circulo esse et
rectus quod recto esse et substantia recti, quod quid et cui
aliquid posterius puta his que in ratione et alicui
recto. Et est hec quidem materia que eneus
rectus et que in lineis singularibus. Hic autem
sine materia huius quod que in ratione prior eius vero
que in singularibus partibus, simpliciter autem
non dicendum. Si vero aliud et non est anima animal et sic
hec quidem dicendum, hec autem non dicendum, sicut dictum est.
Dubitatur autem merito que speciei sunt partes et
que non sed simul sumpti. Hoc enim non manifesto existente
non est diffinire unumquodque. Universalis enim est et speciei
est diffinitio. Que igitur sunt partium ut materia et que
non si non fuerint manifeste nec ratio erit ma-
nifesta que rei. Quecumque quidem igitur videntur
facta in diversis specie ut circulus in ere et lapi-
de et ligno, hec quidem manifesta esse videntur quia nichil
circuli substantie es nec lapis propter separari ab
ipsis. Que vero non videntur separata nichil
prohibet similiter se habere ut si circuli omnes
visi autem essent enei. Nichil enim minus utique erat
es speciei. Hoc autem auferre mente est diffi-
cile. Ut hominis species semper in carnibus apparet
et ossibus et talibus partibus. Utrum igitur et sunt
partes hec speciei et rationis aut non sed materia. Sed quia
non et in aliis fiunt non possunt separare.
Quoniam autem hoc videtur contingere immaterialibus autem quando
dubitant quidam iam et in circulo et in trigono
quia non sit conveniens lineis diffiniri et
continuo. Sed omnia hec sunt dicta ac sicut

carnes et ossa hominis, aes et lapis circuli. Et referunt omnia ad numeros, et lineae rationem eam quam dualitatis esse dicunt. Et ydeas dicentium hii quidem ipsam esse lineam dualitatem, hii autem speciem lineae. Quaedam enim esse eadem et cuius species, ut dualitatem et speciem dualitatis; in linea vero non adhuc. Accidit itaque unam multorum esse speciem quorum species videtur esse altera, quod et pictagoricis accidit; et contingit unam omnium facere ipsam per se speciem, alia vero non species. Quamvis sic unum omnia erunt. Quod quidem igitur habent dubitationem quaedam quae circa definitiones, et propter quam causam, dictum est. Quare omnia reducere ita et auferre materiam supervacuum est. Quaedam enim forsan hoc in hoc sunt aut sic haec habentia. Et parabola de animali quam consuevit Socrates iunior dicere non bene se habet. Abducit enim a veritate, et facit suspicari quod contingit sic esse hominem sine partibus, sicut sine aere circulum. Sed hoc non simile. Sensibile namque aliquid forsan animal, et sine motu non est definire; quare nec sine partibus se habentibus aliqualiter. Non enim omnino hominis est pars manus, sed potens opus perficere; quare animata existens; non animata vero non pars. Circa mathematica autem quare non sunt partes rationes rationum, ut circuli semicirculi? Non enim sunt sensibilia haec. Aut nihil differt. Erit enim materia quorundam et non sensibilium, et omnis quod non est quod quid erat esse. Circuli quidem igitur non erit eius qui universalis; singularium vero erunt partes hee, sicut dictum est prius. Est enim materia haec quidem sensibilis, haec autem intellectualis. Palam autem et quia anima quidem

substantia prima, corpus autem materia, homo vero aut animal quod ex utrisque ut universale. Socrates autem et Coriscus, si igitur anima duplex dicitur: alii namque ut animam, alii vero totum. Si vero simpliciter anima haec et corpus hoc, ut quidem universale et singulare. Utrum autem est praeter materiam talium aliqua substantia alia, et oportet quaerere substantiam ipsorum alteram quandam, ut numeros aut aliquid tale, perscrutandum est posterius. Huius enim gratia et de sensibilibus substantiis temptamus distinguere, quoniam modo quodam physicae et secundae philosophiae opus est circa sensibiles substantias speculatio. Non enim est solum de materia oportet scire physicum, sed et de ea quae secundum rationem, et magis. In definitionibus vero quomodo partes quae in ratione, et quare una ratio definitio. Palam enim quia res una. Res vero quo una partes habens speculandum est posterius. Quid quidem igitur est quod quid erat esse et quomodo ipsum per se dictum est universaliter in omnibus, et quare horum quidem ratio quod quid erat esse habet partes definiti, horum autem non, et quia in substantiae ratione quae sic partes ut materia non inerunt. Nec enim sunt illius partes, sed totius; huius autem est aliqualiter ratio et non est. Nam cum materia non est; indeterminatum enim. Secundum primam autem substantiam est, ut hominis quae animae ratio. Substantia namque est species quae inest, ex qua et materia tota dicitur substantia, ut concavitas. Nam ex hac et naso simus nasus et simitas est. Bis enim et hic inerit nasus. In tota vero substantia ut naso simo aut Callia inerit et materia. Et quia quod quid erat esse et unumquodque in quibusdam idem, ut in primis substantiis, ut curvitas et curvitati esse, si prima est. Dico autem primam quae

non dicitur per aliud in alio esse et subiecto ut materia. Quecumque vero ut materia aut concepta cum materia, non idem neque secundum accidens unum, ut Socrates et musicum. Hec enim eadem secundum accidens. Nunc autem dicamus primum in quantum in analeticis de diffinitione non dictum est. In illis est dubio dicta prode- rationibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem: propter quid quidem unum est cuius rationem diffinitionem esse dicimus, ut hominis animal bipes. Sit enim hec ipsius ratio. Propter quid itaque hoc unum est sed non multa, animal et bipes? Homine namque et albo multa quidem sunt cum alterum non insit alteri, unum vero cum inest et patitur aliquid subiectum homo. Tunc enim unum fit et est album homo. Hic autem non participat alterum altero. Genus enim non videtur participare differentiis. Simul enim contrariis idem participaret. Nam differentie contrarie sunt quibus differt genus. Si vero et participat, eadem ratio si sunt differentie plures, ut gressibile bipes non alatum. Quare enim hec unum sed non multa? Non enim quia insunt. Nam sic ex omnibus erit unum. Oportet autem unum esse quecumque in diffinitione. Diffinitio enim est ratio quedam una et substantie. Quare unius alicuius oportet ipsam esse rationem. Et enim substantia unum quid et hoc aliquid significat, ut dicimus. Oportet autem intendere primum de hiis que per divisiones diffinitionibus. Nichil enim est aliud in diffinitione quam primum dictum genus et differentie. Alia vero genera sunt primum et cum hoc comprehense differentie, ut primum animal, hi- tum vero animal bipes. Et iterum animal bipes non alatum. Similiter autem et si per plura dicatur. Omnino vero nichil differt per plura aut per pauca dici. Quare nec per pauca aut per duo. Duorum vero hoc quidem differentia, illud genus, ut eius quod animal bipes animal quidem genus, differentia autem alterum. Si igitur genus simpliciter non est preter eas que ut generis species, aut si est quidem ut materia autem est. Vox enim genus et materia. Differentie autem species et elementa ex hac faciunt. Palam quia diffinitio est ex differentiis ratio. At vero et oportet dividi differentie differentiam, ut animalis differentia est pedalitas. Iterum animalis habentis pedes differentiam oportet scire in quantum habens pedes. Quare non est dicendum habentis pedes aliud alatum, aliud non alatum, si quis bene dicat. Sed propter non posse faciet hoc. Sed si aliud habens fissos pedes, aliud non fissos pedes. Hee namque sunt differentie pedis. Nam fissio pedis pedalitas quedam est. Et sic semper vult procedere donec utique veniat ad non differentia. Tunc autem erunt tot species pedis quot differentie. Et pedes habentia animalia equalia differentiis. Si itaque hec sic se habent, palam quia finalis differentia substantia rei erit et diffinitio. Si non oportet multotiens eadem dicere in terminis. Superfluum enim. Accidit autem hoc. Nam cum dicit animal habens pedes bipes, nichil aliud dixit quam animal pedes habens duos pedes habens. Et si hoc dividat propria divisione multotiens dicet et equalibus differentiis. Si igitur differentie differentia fiat, una erit que finalis species et substantia. Si vero secundum accidens, ut si dividat habentis pedes aliud album aliud nigrum, tot quot utique sectiones fuerint. Quare palam quia diffinitio ratio est que est ex differentiis et harum ex finali secundum rectum. Palam autem erit si quis transponat tales diffinitiones, ut eam que est hominis dicens

ac bipes pedes habens. Superfluum est enim habens pedes dicto bipede. Sed ordo non est in substantia. Quomodo namque oportet intelligere hoc quidem posterius illud vero prius? De diffinitionibus quidem que secundum divisiones tot dicantur primum qualesque sunt.

Quoniam vero de substantia perscrutatio est, iterum revertamur. Dicitur autem sicut subiectum substantia esse et quod quid erat esse et quod ex hiis, et universale. De duobus quidem igitur dictum est. Et enim de quod quid erat esse et de subiecto, quia dupliciter subicitur, aut hoc aliquid ens ut animal passionibus, aut ut materia actui. Videtur autem et universale causa quibusdam esse maxime et esse principium universale. Unde et de hoc intendamus. Videtur enim impossibile esse substantiam quodcumque universaliter dictorum. Primum enim est substantia que unicuique propria, que non inest alii. Universale vero commune. Hoc enim dicitur universale quod pluribus inesse natum est. Cuius ergo substantia hoc erit? Aut enim omnium aut nullius. Omnium autem non est possibile. Unius autem si erit, et alia hoc erunt. Quorum enim una substantia et quod quid erat esse unum, et ipsa unum. Amplius substantia dicitur que non de subiecto, universale vero de subiecto aliquo dicitur semper. Sed et an sic quidem non contingit ut quod quid erat esse, in hoc autem existit, ut animal in homine et equo? Ergo palam quia est quedam ipsius ratio. Differt autem nichil nec si non omnium ratio est eorum que sunt in substantia. Nichilominus enim substantia erit huius alicuius, ut homo hominis in quo existit. Quare idem accidet iterum. Erit enim substantia illius substantia, ut animal in quo ut proprium existit. Amplius autem et impossibile et inconveniens hoc et substantiam si est ex aliquibus non ex substantiis esse neque ex eo quod hoc aliquid, sed ex quali. Prius enim erit non substantia et quale substantia et ipso hoc. Nec enim ratione neque tempore nec generatione nec passiones possibile est priores esse substantia. Erunt enim separabiles. Amplius Socrati inerit substantia substantia. Quare duorum erit substantia. Totaliter vero accidit si est substantia homo et quecumque ita dicuntur, nichil eorum que in ratione esse nullius substantiam, nec sine ipsis existere nec in alio. Dico autem ut non esse quoddam animal preter aliqua nec aliud eorum que in rationibus nullum. Ex hiis itaque speculantibus palam quia nichil universaliter existentium est substantia, et quia nullum communiter predicatorum significat hoc aliquid sed tale. Si vero non, alia quoque multa accidunt et tertius homo. Amplius autem et etiam ita manifestum. Impossibile enim est substantiam ex substantiis esse inexistentibus sic ut actu. Duo namque sic actu numquam sunt unum actu, sed si potentia duo fuerint, erunt unum, ut que dupla ex duobus dimidiis potentia. Actus enim separat. Quare si substantia unum, non erit ex substantiis inexistentibus. Et secundum hunc modum quem dicit Democritus recte. Impossibile enim esse ait ex duobus unum aut ex uno duo fieri. Magnitudines enim indivisibiles substantias facit. Similiter igitur palam quia et in numero habebit, si est numerus compositio unitatum sicut dicitur a quibusdam. Aut enim non unum dualitas, aut non inest unitas in ea actu. Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim neque ex universalibus possibile est esse nec unam substantiam propter tale sed non hoc aliquid significare, nec ex substantiis contingit actu esse nullam substantiam compositam, incomposita utique erit substantia omnis. Quare nec ratio utique erit nullius substantie. At vero videtur omnibus et dictum est dudum aut solum substantie esse terminum aut maxime. Nunc autem neque huius. Nullius igitur erit diffinitio. Aut modo

quoddam erit unum autem quoddam non. In-
conveniens autem erit quod dicitur ex positionibus
magis. Amplius autem ex ipsis hec acci-
dunt volentibus substantias et separabi-
les esse ideas, et simul species ex genere facientibus et
differentiis. Si enim sunt species et animal in homine et equo,
aut unum et idem numero est aut alterum. Ra-
tione enim palam quod unum. Eandem enim ex-
plicabit rationem dicens utrobique. Ergo si
est aliquid homo ipsum per se hoc aliquid et separatum, ne-
cesse et ex quibus, ut animal et bipes, hoc aliquid
significare et esse separabilia et substantias. Quare et animal.
Si quidem igitur idem et unum in equo sicut tu in teipso,
quomodo in separatis existentibus unum erit? Et
quare non sine ipso erit animal hoc? Postea si quidem
participabit bipede et multipede, impossibile
aliquid accidit. Contraria namque simul inerunt
ipsi uni et huic existenti. Si autem non, quis
modus cum dicit utique animal aliquis esse bi-
pes aut gressibile? Sed forsan componitur et
copulatur aut miscetur? Verum omnia inconve-
nientia. Sed alterum in unoquoque. Infinita igitur
erunt ut consequens dicere quorum substantia
animal. Non enim secundum accidens ex animali homo. Amplius
multa erit ipsum animal. Substantia enim est que in
unoquoque animal. Non enim secundum aliud dicitur. Si autem
non, ex illo erit homo et genus ipsius illud.
Et amplius ydee omnia ex quibus homo. Igitur
non alterius quidem erit ydea alterius vero substan-
tia. Impossibile namque. Ipsum igitur animal erit unumquodque eo-
rum que in animalibus. Amplius ex quo hoc et quomodo ex
ipso animali. Aut quomodo possibile est esse animal quod substantia
hoc ipsum preter ipsum animal. Amplius autem in sensibi-
libus hec accidunt et hiis absurdiora. Si i-
taque impossibile sic se habere, palam quod non est y-

dea ipsorum ut quidam dicunt. Quoniam vero
substantia altera, et concretum totum et ratio. Dico
autem quia hec quidem sic substantia cum materia con-
cepta ratio, illa vero ratio totaliter. Quecumque
quidem igitur ita dicuntur, harum quidem est corrup-
tio, et enim generatio. Rationis autem non est ita ut
corrumpatur. Nec enim generatio. Non enim fit domui
esse, sed huic domui. Verum sine generatione
et corruptione sunt et non sunt. Ostensum enim est quia
nullus hec generat neque facit. Propter hoc autem et sub-
stantiarum sensibilium singularium nec diffinitio
nec demonstratio est quia habent materiam cuius natura tal-
is est ut contingat et esse et non esse. Quapropter
corruptibilia omnia singularia ipsorum. Si igitur
et demonstratio necessariorum et diffinitio scientifica, et
non contingit sicut nec scientiam quandoque scientiam quandoque
ignorantiam esse, sed opinio quod tale est, ita nec
diffinitionem nec demonstrationem, sed opinio est contingentis
aliter se habere, palam quod non utique erit ipsorum
nec diffinitio nec demonstratio. Non enim sunt manifesta
corrupta scientiam habentibus, cum a sensu abces-
serint, et salvatis rationibus in anima eisdem non
erit nec diffinitio. Amplius nec demonstratio. Propter quod oportet
eorum qui ad terminum aliquis diffiniat aliquid sin-
gularium non ignorare quia semper auferre est.
Non enim contingit diffinire. Nec itaque ydeam
nullam est diffinire. Singulare enim est ydeam
ut dicunt et separabilem. Necessarium vero ex
nominibus esse rationem. Nomen autem non faciet dif-
finiens. Ignotum enim erit. Posita autem communia
omnibus. Necesse igitur inesse et alii hec, ut si quis te dif-
finiat animal dicet gracile aut album aut
aliud quod in alio erit. Si quis autem dicat
nichil prohibere separatim quidem omnia multis
esse, simul vero huic soli inesse. Primum quidem quod et

ambobus ut alterum utrique aliud et utrique
et hic. Insuper etiam quod necesse esse priora
existentia et partes compositi. Amplius et se-
parabilia, si homo separabile. Aut enim nichil
aut ambo. Si igitur quidem nichil, non erit
genus praeter species; si vero erit, et differentia. Deinde quia pri-
ora esse, haec vero non non auferuntur. Deinde
si autem si ex ydeis ydee. Similiter enim est compo-
sita ex quibus. Amplius de multis opor-
tebit illa praedicari ex quibus ydea,
ut alterum et utrique. Sin autem, quomodo cognoscere
est? Erit enim ydea quaedam quam impossibile de pluribus
praedicari quam uno. Non videtur autem, sed omnis ydea
esse participabilis. Quemadmodum igitur dictum
est, latet quia impossibile diffinire in sempiternis,
et maxime vero quaecumque unica, ut sol et luna.
Non solum enim peccant addentes talium quibus
ablatis adhuc erit sol, puta circa terram
gyrans aut nocte absconditum. Si enim
steterit aut apparuerit, non adhuc erit
sol. Sed absurdum si non. Sol enim substantiam
quandam significat. Amplius quaecumque in alio contingit,
ut si alterum fiat tale, palam quia sol erit.
Communis igitur ratio. Sed erat singularium sol, ut
Cleon et Socrates. Quoniam propter quid nullus ipsorum
terminum profert ydee? Fieret enim utique manifestum
temptantibus quia nunc quod modo dictum est.

Manifestum est autem quia substantiarum esse existima-
tarum plurime potentie sunt, et que partes
animalium. Nichil enim est separatum ipsorum. Quando autem
separata fuerint, tunc entia ut materia omnia,
terra, ignis et aer. Nichil enim est ipsorum unum,
sed ut cumulus antequam digeratur et fiat
aliquid ex ipsis unum. Maxime autem utique
aliquis animatorum suspicabitur partes et anime
proximas utique ambas fieri entes et actu
et potentia, eo quod principia habent motus ab aliquo
in iuncturis. Propter quod quaedam animalia divisa
vivunt. Sed tamen potentia omnia erunt quando fu-
erit unum et continuum natura, sed non vi aut
complantatione. Tale namque est orbatio.

Quoniam vero unum dicitur sicut et ens, et substantia
unius una, et quorum una numero unum numero,
palam quia nec unum nec ens contingit substantiam esse
rerum, sicut nec elemento esse aut principio. Sed quaerimus
quid igitur principium, ut ad notius reducamus.
Magis igitur horum substantia est ens et
unum quam principium et elementum et causa. Sed nec
ista, si nec aliud commune nichil substantia. Nulli
namque inest substantia nisi huic et habenti ipsam
cuius est substantia. Amplius quod unum apud mul-
ta non utique erit simul. Quod autem commune simul
apud multa existit. Quare palam quia
nullum universalium existit praeter singularia se-
paratim. Sed species dicentes hoc quidem dicunt rec-
te separantes eas, si substantie sunt. Hoc
autem non recte, quia unum in multis speciem
dicunt. Causa vero quia non habent reddere que ta-
les substantie incorruptibiles praeter singulares
et sensibiles. Ergo faciunt easdem specie corru-
ptibilibus. Has enim scimus, [antho] hominem et [antho]
equum, addentes sensibilibus verbum quod ipsum.
Utique si non vidissemus astra, non minus essent, ut
puto, forent substantie sempiterne praeter has
quas nos sciremus. Quare et nunc si non ha-
bemus quae sunt, tamen esse quasdam forsan est ne-
cessarium. Quod quidem igitur nullum universaliter dictorum
substantia, neque est substantia nulla ex substantiis, manifestum.

Quid autem oportet dicere et quale quid substantia,
iterum aliud velut principium facientes

dicamus. forsan enim ex hiis erit pa
lam et de illa substantia que est separata a sen
sibilibus substantiis. Quoniam ergo substantia principium
et causa quedam est: hinc est procedendum. Querit
autem ipsum propter quid semper sic propter quid aliud ali
cui alicui inest. Nam querere propter quid musi
cus homo musicus homo est. aut est quod dictum
est querere propter quid homo musicus est. aut ali
ud. Sed quod ergo propter quid ipsum est ipsum nichil
est querere. Oportet enim ipsum quia et ipsum esse ex
sistere manifesta entia. Dico autem ut quia
luna patitur eclipsim. Ipsum autem quia
ipsum: una ratio et una causa in omnibus propter quid
homo homo. aut musicus musicus. nisi quis
dicat quia indivisibile ad ipsum unum-
quodque. Hoc autem erat unum esse. Sed hoc
commune de omnibus: et quoddam breve. Quere-
ret autem aliquis propter quid homo est animal tale. Hoc quidem
ergo palam quia non querit quare qui est homo homo
est. aliquid ergo de aliquo querit propter quid existit.
Quia vero existit: oportet manifestum esse. Nam si
non ita: nichil querit. ut propter quid tonat.
quia sonitus fit in nubibus. Aliud enim ita
de alio est quod queritur et propter quid hec. puta la
teres et lapides domus sunt. palam ergo quia
querit causam. Hoc autem est quod quid erat esse
ut est dicere logice. quod in quibusdam quidem
est cuius causa. Ut forsan in domo aut in
lecto. In quibusdam vero quid movit primum.
Nam causa et hec. Sed talis quidem causa: in fieri querit
et corrumpi. Alterum vero et in esse. Latet autem
maxime quod queritur in hiis que non de aliis di
cuntur. ut homo quid est queritur propter simpliciter dici.
sed non diffinire quia hec aut hec. Sed oportet cor-
rigentes querere. Si autem non: commune est quod

nichil querere et querere aliquid sit. Quoniam vero
oportet habere et existere ipsum esse. palam itaque
quia querit materiam propter quid est ut domus hec
propter quid: quia hec existunt que erat domui esse.
Et homo hic aut corpus hoc habens hoc. Quare causa que
ritur materie. Hoc autem est species qua aliquid est.
hoc autem substantia. Palam ergo quia in simplicibus
non est questio nec doctrina: sed alius modus que-
stionis talium. Quoniam vero ex aliquo compositum
sic ut unum sit omne. sed non ut cumu
lus sed ut sillaba. sillaba autem non est elementa. nec
idem b. et a. ba. nec caro: ignis et terra. Dis
solutis enim hiis quedam non adhuc sunt. ut
caro et sillaba. Elementa vero sunt: et ignis et terra.
Est ergo aliquid sillaba non solum elementa vocalis
et consonans. sed et alterum aliquid. Et caro
non solum ignis et terra aut calidum aut
frigidum: sed et alterum aliquid. Si igitur necesse et
illud. aut elementum aut ex elementis esse: si quidem
elementum iterum eadem ratio erit. Ex hoc enim et igne
et terra: erit caro et adhuc alio. Quare in
infinitum vadit. Si vero ex elemento: palam quia
non uno sed pluribus: aut illud ipsum erit.
Quare iterum in hoc eandem dicemus rationem
et in carne et sillaba. Videbitur autem utique
quod esse aliquid hoc et non elementum. et causa existendi hoc quidem
carnem. hoc vero sillabam. Similiter autem et in aliis.
Substantia autem uniuscuiusque hoc. Hoc enim causa prima
essendi. Quoniam vero quedam non substantie rerum
sed quecumque substantie secundum naturam et natura constitute sunt.
manifestabitur utique quibusdam hec natura substantia
que est non elementum sed principium. Elementum vero
est: in quod dividitur inexistens ut ma
teriam. puta sillabe a. et b.

Explicit VII. Incipit liber VIII.

Ex dictis itaque sillogizare oportet et colligentes capitulum finem imponere. Dictum est itaque quod substantiarum querunt cause et principia et elementa. Substantie vero hee quidem confesse sunt ab omnibus, de quibusdam autem singulariter quidam enuntiaverunt. Confesse quidem phisice, ut ignis terra et aqua et alia simplicia corpora, deinde plante et partes earum et animalia et partes animalium, et tandem celum et partes celi. Singulariter vero quidam substantias dicunt esse species et mathematica. Alias vero accidit ex rationibus substantias esse quod quid erat esse et subiectum. Adhuc aliter genus magis speciebus et universale singularibus. Universali vero et generi et ydee copulantur. Nam secundum eandem rationem substantie videntur esse. Quoniam autem quod quid erat esse substantia, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione et de eo quod secundum se diffinitum est. Quoniam autem diffinitio ratio, ratio autem partes habet, necesse et de parte erat considerare que substantie partes et que non, et si hee diffinitionis opus sunt. Amplius quod nec universale substantia nec genus. De ydeis vero et mathematicis posterius perscrutandum est. Nam preter sensibiles substantias quidam dicunt eas esse. Nunc autem de confessis substantiis tractabimus. Hee vero sunt sensibiles. Sensibiles autem substantie omnes materiam habent. Est autem substantia quod subiectum, aliter quidem materia. Materiam vero dico que non hoc aliquid ens actu, potestate est hoc aliquid. Aliter vero ratio et forma, quod hoc aliquid ens ratione separabile est. Tertium vero quod ex hiis. Cuius solius generatio et corruptio et separabile simpliciter.

Nam secundum rationem substantiarum hee quidem, hee vero non. Quod vero sit substantia et materia palam. Nam in omnibus oppositis mutationibus est aliquid quod subicitur mutationibus, ut secundum situm quod nunc hic iterum alibi. Et secundum augmentum quod nunc quantum iterum minus aut maius. Et secundum alterationem quod nunc sanum iterum laborans. Similiter autem secundum substantiam quod nunc quidem in generatione iterum in corruptione. Et nunc quidem subiectum ut hoc aliquid, iterum autem subiectum ut secundum privationem. Et hanc sequuntur alie mutationes. Aliarum vero aut una aut due hanc non sequuntur. Non enim necesse si aliquid materiam habet localem, et generabilem et corruptibilem habere. Que ergo differentia simpliciter fieri et non simpliciter, in phisicis dictum est. Quoniam autem que ut subiecta et ut materia substantia confessa est, hec autem que potestate, relinquitur eam que ut actus substantiam sensibilium dicere que est. Democritus quidem igitur tres differentias videtur existimanti esse. Nam subiectum corpus materiam unum et idem, differre autem aut rismo, quod est figura, aut tropi, quod est positio, aut diatigi, quod est ordo. Videntur autem multe differentie esse, ut alia quidem compositione dicuntur materie, ut mixtura, quemadmodum melicratum. Alia autem ligatione, ut capitis ligatum. Alia visco, ut liber. Alia clavo, ut archa. Alia pluribus horum. Alia positione, ut liminare et superliminare; hec enim ipso poni aliqualiter differunt. Alia tempore, ut cena et

stratio. Adhuc autem est. Non enim est
ex credibiliori principio hoc ipso: fa
cere sillogismum. Oportet autem: si quidem erit sim
pliciter demonstrare. Ad dicentem autem op
positas dictiones ostendenti quod falsum: sum
mendum ad tale. quod idem quid erit ei quod
est non contingere idem esse et non esse secundum unum
et idem tempus. Non videbitur autem esse idem. Sic
est solum unum demonstrabitur ad dicentem conti
gere oppositas dictiones verificari de
eodem. Futuros itaque invicem ratione com
municare: oportet aliquid ipsorum intelligere.
Non fiendo autem hoc quomodo est communicatio his
ad invicem sermonis. Oportet ergo nomen unum
quodque esse notum. et significare aliquid et non
multa. solum autem unum. Si autem plura
significet: manifestum facere ad quod fert
nomen horum. Dicens itaque esse hoc et non
esse hoc. quod totaliter esse dicit non dicit.
Quare quod significat nomen hoc non significat
significare. Hoc autem impossibile. Quare
si quid significat aliquid esse hoc: contradictiones
verificari impossibile. de eodem. Adhuc
autem si quid significat nomen et hoc verificatur:
oportet et hoc ex necessitate esse. Quod autem ex ne
cessitate est: non contingit tunc non esse.
Oppositas ergo non contingit dictiones et
negationes verificari de eodem. Adhuc
autem si nichil magis dictio quam negatio veri
ficatur: dicenti hominem aut non hominem:
nichil magis verum dicetur. Videbitur autem
utique non equum esse dicentem hominem et
magis aut non minus verum dicere quam non
hominem. Quare et equum dicens esse eundem
verum dicet. Oppositas enim similiter erat
verum dicere. Accidit ergo eundem hominem esse et
equum aut aliorum aliquod aliud. Demonstratio
quidem igitur nulla horum est simpliciter. ad ponen
tem tamen hec demonstratio. Cito autem uti
que si quis et ipsum eraclitum hoc interrogans mo
do cogeret confiteri: nunquam oppositas dictiones
possibile esse de eisdem verificari. Nunc autem
non intelligens seipsum quid umquam dicit: hanc
accepit opinionem. Totaliter autem si quod dic
tum ab ipso est verum: nec utique ipsum hoc ve
rum erit. Dico autem contingere idem secundum unum et
idem tempus esse et non esse. Quemadmodum enim est
et divisis ipsis nichil magis affirmatio
quam negatio verificatur: eodem modo et simul
utriusque et simul complexi. velut una quadam
affirmatione existente: nichil magis negatio
quam totum ut in affirmatione positum: verum
erit. Adhuc autem si nichil est vere affirma
re: et utique hoc ipsum falsum erit dicere nul
lam veram affirmationem existere. Si autem
est aliquid: solvetur utique quod dicitur ab his
qui talia inferunt et penitus auferentibus dis
putare. Similiter autem dictis est et quod dictum est
protagora. Et enim ille dixit omnium esse men
suram hominem. nichil aliud dicens quam
quod videtur unicuique: hoc et esse firmiter. Hoc autem
facto: idem accidit et esse et non esse. et malum et
bonum esse. et alia secundum oppositas dictiones dic
ta. propter multotiens his quidem videri hoc esse bo
num. his autem contrarium. Mensuram autem esse quod
videtur unicuique. ¶ Solvetur autem utique
hec dubitatio considerantibus unde venit prin
cipium existimationis huius. Videtur enim quibusdam
quidem ex phisiologorum opinione. aliis autem
ex non eadem de eisdem omnes cognoscere.
sed his quidem delectabile hoc videri. his autem
contrarium. Nichil enim est ex non ente fieri. esse autem

ex ente: fere omnium est communis dogma eorum
qui de natura. Quoniam igitur non album fit ex
albo perfecte existente: et nequaquam ex non albo.
Nunc autem fiunt non album fiet utique ex non
ente non albo quod fit non album. Quare ex non
ente fiet utique secundum illos si non existit
non album idem et album. Non difficile est autem
dissolvere dubitationem hanc. Dictum est
enim in physicis quomodo ex non ente fiunt que fiunt
et quomodo ex ente. Sed et simul attendere utrisque
opinionibus et fantasiis adinvicem dubitan-
tium: stultum. Palam enim est quod alteros ipsorum ne-
cesse mentiri. Palam autem hoc ex hiis que fi-
unt secundum sensum. Numquam enim idem videtur hiis quidem
dulce hiis autem contrarium: non corruptis et
privatis altero eorum organo sensus et iu-
dicatorio dictorum saporum. Hoc autem ex-
istente tali: alteros quidem existimandum
dum mensuram esse. alteros autem non putandum.
Similiter autem hoc dico et in bono et malo et
pulcro et turpi et aliis talibus. Nichil enim differt
hoc dignificare: quod et que apparent submitten-
tibus sub visu digitum et facientibus ex
uno videri: duo oportere esse quia apparent
tanta et iterum unum. Non moventibus enim
visum: unum apparet quod unum. Totaliter
autem inconveniens ex videri presentia per-
mutantia et numquam permanentia in eis-
dem: ex hoc de veritate iudicium facere.
Oportet enim ex semper secundum eadem habentibus et nequaquam
unam permutationem facientibus: verum
venari. Talia autem sunt que secundum mundum. Hec
enim non quandoque quidem talia iterum autem alia
videntur: eadem autem semper et permutatione nulla
participant. Adhuc autem si motus est et
motum aliquid. Movetur autem omne ex aliquo

et ad aliquid. Oportet igitur quod movetur esse adhuc in eo
ex quo movebitur et non esse in ipso. et
ad hoc moveri et fieri in hoc. Secundum contradictio-
nem autem non verificari secundum ipsos.

Et si secundum quantum continue per-
petua fluunt et moventur. et quis hoc
ponat et quamvis non verum existens: propter quid
secundum quale non manent. Videtur enim non minime
que secundum contradictiones eiusdem predicare ex
existimare quantum non manere in cor-
poribus. propter et esse quadricubitum idem et
non esse. Substantia autem secundum quale. hoc autem quod de-
terminate nature: quantum autem indetermi-
nate. Adhuc propter quid iubente medico
hunc cibum offerre offerunt. Quomodo enim
magis panis est aut non est. Quare nichil
utique differebit comedere aut non co-
medere. Nunc autem ut verum dicentia ipsorum
dicentes et existente hoc cibo hoc:
offerunt hunc. quamvis non oportebat
non permanente firmiter nulla natura
in sensibilibus sed semper omnibus motis et fluenti-
bus. Adhuc si igitur alterati semper et numquam per-
manentes videmur: quid mirabile si numquam
nobis eadem videntur. quemadmodum laborantibus.
Et enim hiis propter non similiter dispositam se ha-
bitudinem et quando sani erant: non similia vi-
dentur que secundum sensus. ipsa tamen nulla propter hoc par-
ticipantia permutatione sensibilia. in-
passiones autem alias facientia labora-
tibus et non easdem. Forte itaque non hec ex-
et dicta permutatione fiat: forte verum
est. Si autem non permutantur sed idem per-
manentes entes: erit utique aliquid manens.
Ad hos itaque quod ex dicto dubitationes
ex ratione: non facile dissolvere non

ponentibus aliquid et horum non adhuc
ponere exquirentibus. Sic enim omnis
ratio et omnis demonstratio fit. Nichil enim
ponentes interimunt disputare et
totaliter rationem. Quare ad tales quidem non
est sermo. Ad dubitantes autem ex traditis
dubitationibus facile obviare et dissolvere
facientia dubitationem in ipsis. Palam
autem ex dictis. Quare manifestum ex hiis quod
non contingit oppositas dictiones de eodem
secundum unum tempus verificari nec contraria propter di-
ci secundum privationem omnem contrarietatem. Palam autem
hoc ad principium resolventibus contrariorum
rationes. Similiter autem nec intermediorum nul-
lum possibile est predicari de uno et
eodem. Albo enim existente subiecto dicentes ip-
sum esse nec album nec nigrum mentiemur. Ac-
cidit enim esse album ipsum et non esse. Al-
terum enim complexorum verificabitur de ipso.
Hoc autem est contradictio albi. Nec utique secundum
Eraclitum contingit dicentes verum dicere,
nec secundum Anaxagoram. Si autem non, acci-
det contraria de eodem predicari. Cum enim in
omni dicat omnis esse partem, nichil ma-
gis esse dicit dulce quam amarum aut
reliquarum quamcumque contrarietatum, siquidem in omni
existit non potentia solum sed actu et
segregatum. Similiter autem nec omnes falsas nec
veras dictiones possibile esse, et propter alia
multa collectarum utique difficultatum
propter hanc positionem, et quia falsis quidem existenti-
bus omnibus nec hoc ipsum quis dicens verum
dicet, veris autem falsas esse omnes di-
cens non mentietur.

Omnis autem scientia querit aliqua
principia et causas circa unumquodque
eorum que sub ipsa scibilium, puta me-
dicativa et exercitativa et reliquarum una-
quaque factivarum et doctrinalium. Unaqueque enim
harum circumscribens aliquod genus ipsi circa hoc
negotiatur tamquam existens et ens, non in quantum
autem ens, sed alterum quoddam hec preter hanc
scientiam est scientia. Dictarum autem scientiarum una-
quaque sumens aliqualiter quod quid est in unoquoque ge-
nere temptat ostendere reliqua debilius
aut certius. Sumunt autem quod quid est hee
quidem per sensum, hee autem supponentes. Propter
quod et palam ex tali inductione quod substan-
tie et eius quod quid est non est demonstratio. Quoniam
autem est quedam de natura scientia, palam quod et a
practica altera et a factiva erit. Factive
quidem enim in faciente et non in facto mo-
tus principium, et hoc est sive ars aliqua si-
ve aliqua alia potentia. Similiter autem et
practice non in agibili magis autem in agen-
tibus motus. Que autem physici circa haben-
tia in ipsis motus principium est. Quod quidem
igitur nec activam nec factivam sed speculativam
necessarium esse naturalem scientiam, palam ex hiis.
In unumquodque enim aliquod horum generum necesse ca-
dere ipsam. Quoniam autem quod quid est necesse
unicuique aliqualiter scientiarum scire et hoc
uti principio, oportet non latere qualiter diffini-
endum naturali et qualiter sumendum rationem substan-
tie, utrum ut simum aut magis ut con-
cavum. Horum enim simi quidem ratio cum materia di-
citur rei. Que autem concavi sine
materia. Simitas enim in naso fit, propter quod
et ratio ipsius cum hoc consideratur. Simum enim est
nasus concavus. Manifestum igitur quod et carnis
et oculi et reliquarum partium cum materia semper
ratio reddenda. Quoniam autem est quedam scientia

entis inquantum ens et separabile: consider-
andum utrum quidem naturali eandem ponen-
dum esse hanc aut magis alteram. Naturalis
quidem igitur circa habentia motus principium in
ipsis est. Mathematica autem speculativa quidem et
circa manentia quidem hec sed non separabilia.
Circa separabile igitur ens et immobile alteram
ab hiis ambabus scientiam esse aliquam siquidem ex-
sistit aliqua substantia talis. Dico autem sepa-
rabilem et immobilem. Quod quidem temptabimus
ostendere. Et siquidem est aliqua talis natura in entibus:
hic utique erit et divinum. Et
hoc utique erit primum et principalissimum
principium. Palam igitur quod tria genera speculati-
varum scientiarum sunt: naturalis, mathematica, the-
ologica. Optimum quidem igitur speculativarum
genus, harum autem ipsarum ultima dicta:
circa honorabilissimum enim est entium. Me-
lior autem et deterior unaquaeque dicitur secundum proprium sci-
bile. Dubitabit autem utique quis utrum
entis inquantum ens scientiam universalem oportet pone-
re aut non. Mathematicarum quidem enim unaquaeque e-
circa unum aliquod genus determinatum est. Que autem
universalis: communis de omnibus. Si igitur naturales
substantie prime entium sunt: et naturalis utique prima
scientiarum erit. Si autem est altera natura et substantia
separabilis et immobilis: alteram necesse et scientiam
ipsius esse et priorem naturali et universalem eo quod priorem.

Quoniam autem simpliciter ens secundum plures dicitur
modos, quorum unus est qui secundum acci-
dens dicitur: considerandum primo de sic ente.
Quod quidem igitur nulla traditarum scientiarum ne-
gotiatur circa accidens: palam. Neque enim edi-
ficativa considerat que accident utentibus domo,
puta si triste aut contrarie habitabunt. Neque te-
xtiva neque coriativa neque coquinaria. Quaelibet

autem secundum ipsam proprium unaquaeque harum considerat
scientiarum solum. Hoc autem est proprius finis. Neque
inquantum musicum et grammaticum. Neque existen-
tem musicum quod fuit grammaticus sit e-
ut ambo: prius non ens. Quod autem non semper
ens est: fieri est hoc. Quare sit musi-
cus et grammaticus. Hoc autem nulla
querit concessarum existentium scientiarum nisi sophi-
stica. Circa accidens enim hec sola negotiatur.
Propter quod Plato non male dixit dicens sophi-
stam circa non ens immorari. Quod autem neque contingit
esse accidentis scientiam: manifestum erit
temptantibus scire quid est accidens. Omne itaque
dicimus esse aut quod semper et ex necessitate.
Necessitate autem non que secundum violentiam dicta,
sed qua utimur in hiis que secundum demonstrationes. Hoc
autem ut in pluribus. Hoc non neque ut in pluribus
neque semper et ex necessitate sed ut contingit.
Puta sub cane fiet utique frigus. Sed hoc
neque ut semper et ex necessitate neque in pluribus fit.
Accidet tamen aliquando utique. Est itaque accidens
quod fit quidem non semper autem neque ex necessita-
te neque ut in pluribus. ~~Accidens autem in neutro~~
~~horum est. Quod autem secundum accidens entis non sunt~~ ca-
use et principia talia. Quid quidem igitur est
accidens dictum est. Quia autem non est scien-
tia talis: palam. Scientia quidem omnis semper
entis aut ut in pluribus. Accidens autem in ne-
utro horum est. Quod autem secundum accidens entis non sunt cause
et principia talia qualia quod secundum se entis: pa-
lam. Erunt enim omnia ex necessitate. Si
enim hoc quidem est hoc ente, hoc autem hoc. Hoc autem
non ut contingit sed ex necessitate: ex ne-
cessitate erit et cuius hoc erat causa usque ad
ultimum dictum causatum. Hoc autem erat secundum accidens.
Quare ex necessitate omnia erunt. Et

quecumque contingit et fieri et non. omnino ex
generatis autem est. Et si non existens sed nunc
causa supponatur: eadem accident. Omne enim
ex necessitate fiet. Si enim tertius eclipsis
fiet si hoc fiat: hoc autem si alterum aliud. et hoc
si aliud. et hoc itaque modo ablato tempore eo
quod ante usque nunc ablato tempore: veniet
quoniam ad existens. Quare si quidem hoc
est: omnia ex necessitate que post hoc fient.
ut omnia ex necessitate fiant. Quod autem
ut verum ens et per accidens hoc quidem est in comple-
xione mentis et passio in hac. propter quod causa
sic quod ens non queruntur principia. causa autem
quod extra ens et separabile. hoc autem non necessa-
rium sed infinitum. Dico autem quod per accidens.
talis autem inordinate et infinite cause.
Quod autem gratia huius: in hiis que natura fiunt
et ab intellectu est. Fortuna autem est cum aliquid ad hoc
horum fiunt per accidens. Sicut enim et ens est hoc quod
per se hoc autem per accidens: sic et causa. Fortuna
autem causa per accidens in hiis per electionem eorum
que gratia huius. Propter quod circa eadem fortuna et mens.
Electio enim non sine mente. Cause autem
infinite a quibus utique fiet quod a fortuna.
propter quod incerta humane cogitationi et causa per ac-
cidens. Simpliciter autem nullius. Bona autem for-
tuna et mala: cum bonum aut malum e-
venerit. Eutychia autem et infortunium est
circa magnitudinem horum. Quoniam autem nullum
per accidens prius hiis que per se: nec utique causa. Si
igitur fortuna aut casus causa celi: prius in-
tellectus causa et natura.

Est autem hoc quidem actu solum. hoc autem
potestate. hoc autem potestate et actu. hoc quidem ens. hoc
autem quantum. hoc autem reliquorum. Non est autem
aliquis motus preter res. permutatur enim semper secundum en-
tis cathegorias. Commune autem in hiis
nullum est. quod nec in una cathegoria. Unum-
quodque autem dupliciter existit omnibus. Ut pu-
ta quod hoc aliquid. hoc quidem forma ipsius. hoc autem pri-
vatio. et secundum quale. hoc quidem album hoc autem ni-
grum. et secundum quantum. hoc quidem perfectum hoc autem imper-
fectum. et secundum lationem. hoc quidem sursum hoc autem deor-
sum. aut leve hoc autem grave. Quare motus
et permutationis tot sunt species: quot entis.
Diviso autem secundum unumquodque genus hoc quidem potestate.
hoc autem actu: eius quod potestate in quantum tale est actum: di-
co motum. Quod autem verum dicimus: hinc pa-
lam. Cum enim est edificabile in quantum tale ipsum
dicimus esse actu in quantum edificatur et est
hec edificatio. Similiter doctrinatio. curatio.
ambulatio. saltatio. orbatio. Accidit autem
moveri. cum fuerit actu eadem et nec prius nec
posterius. Iam potestate entis cum actu ens operetur
non in quantum ipsum sed in quantum mobile: motus est.
Dico autem in quantum sic. Est enim es potestate
statua. Sed tamen non est actus in quantum es motus
est. Non enim idem eri esse et potentie alicui.
Quoniam si idem erat simpliciter secundum rationem erat u-
tique eris actus motus aliquis. Non est
autem idem. Palam autem in contrariis. Posse quidem
enim sanari et posse laborare non idem. Et
enim si laborare et sanari idem esset. Subiectum
autem et sanum et languens sive humiditas si-
ve sanguis idem et unum. Quoniam autem non
idem quemadmodum nec color idem et visibile: possibi-
lis in quantum possibile actus motus est.
Quod quidem igitur est hic. et quod accidit tunc moveri
quando fuerit actu hic. et nec prius nec posterius:
palam. Contingit enim unumquodque aliquando quidem ac-
tu esse. aliquando autem non. puta hoc edificabile
in quantum edificabile. et edificabilis

actus in quantum edificabile edificatio
est. Aut enim hec domus est aut edifica
tio actus. Sed cum domus fuerit non ad
huc edificabile erit. Edificatur autem edi
ficabile. Necesse igitur edificationem actum esse.
Edificatio autem motus quidam. Eadem autem ra
tio et in aliis motibus. Quod autem bene dictum
est palam ex quibus alii dicunt de ipso.
et ex eo quod non facile est diffinire aliter
ipsum. Nec enim in alio aliquo genere poterit
utique ponere ipsum. Palam autem ex quibus
dicunt. hii quidem alteritatem et inequalitatem
et non ens. quorum nullum necesse moveri.
Sed nec permutatio nec in hec nec ex his
magis quam ex oppositis. Causa autem in hec
ponendi quia infinitum aliquid videtur esse mo
tus. alterius autem coelementationis princip
ia quia privativa sunt indeterminata. Nec enim
hoc nec tale nullum ipsorum nec reliquorum pre
dicamentorum. Cur autem videatur indeter
minatus esse motus causa quia nec in potentiam en
tium nec in actum est ponere ipsum. Nec enim est pos
sibile quantum esse movetur ex neces
sitate. Nec quod actu quantum. Motusque ac
tus quidem esse videtur. autem imperfectus autem.
Causa autem quia imperfectum quod possibile cuius est
actus. Et propter hoc difficile ipsum sumere quid
est. Aut enim in privatione necesse ponere. aut
in potentiam. aut in actum simpliciter. Horum autem
nullum videtur contingens. Quare relinquitur quod
dictum est esse. et actum et non actum dictum.
videre quidem difficile. contingentem autem
esse. Et quia est motus in mobili palam.
actus enim est huius a motivo. Et motivi
actus non alius est. Oportet quidem esse ac
tum amborum. Motivum quidem enim est in posse.
movens autem in operari. Sed est ac
tivum mobilis. Quare similiter unus amborum
actus. quemadmodum eadem distantia.
unum ad duo et duo ad unum. et ascen
dentes et descendentes sed esse non unum.
Similiter autem et in movente et moto.

Infinitum autem aut quod impossibile
pertransire eo quod non sit natum per
transiri. quemadmodum vox invisibilis. aut
pertransitionem habens imperfectam. aut quod
vix. aut quod natum est habere non habet pertran
sitionem. aut terminum. Adhuc appositione
aut ablatione aut ambobus. Separabi
le quidem itaque ipsum aliquod ens non pos
sibile esse. Si enim nec magnitudo nec
multitudo. substantia autem ipsum infinitum et
non accidens. indivisibile erit. Quod enim
divisibile. aut magnitudo. aut mul
titudo. Si autem indivisibile non infini
tum. nisi sicut vox invisibilis. Sed non sic di
cunt nec nos querimus. sed ut impertransibi
le. Adhuc quomodo contingit per se esse in
finitum si non et numerus et magnitudo quorum
passio infinitum. Adhuc si secundum accidens. non
utique erit elementum entium in quantum infinitum.
quemadmodum nec invisibile locutionis quamvis vox
invisibilis. Et quia non est actu esse infini
tum palam. Erit enim quodcumque ipsius sumptum infinitum
si acceptum. Infinito enim esse et infinitum
idem. si quidem substantia infinitum et non de subiecto.
Quare aut indivisibile aut in infini
ta divisibile si partibile. Multa autem
esse idem impossibile infinita. Quemadmodum enim
pars aeris aer. sic infinitum
infiniti si est substantia et principium. Imparti
bile igitur et indivisibile. Sed impossibile

actu esse infinitum. Quantum est esse
necesse. Si enim actus est et existit. Si
si sic dictum est quod non contingit esse principium
sed illud cui accidit aere aut pari.
Hec quidem ergo inquisitio universalis. Quod autem
in sensibilibus non est hinc palam. Si enim est corporis
ratio superficiebus determinatum: non erit
utique infinitum corpus neque sensibile neque
intellectuale. neque numerus ut separatus et in
finitus. Numerabile enim est numerus aut habens
numerum. Naturaliter autem ex hiis palam.
Neque enim compositum possibile esse neque simplex.
Compositum quidem enim non erit corpus si fi
nita sunt multitudine elementa. Oportet enim
equari contraria et non esse unum ipsorum in
finitum. Si enim est utcumque deficiens alterius cor
poris virtus: corrumpetur ab infinito
finitum. Utrumque autem infinitum esse
impossibile. Corpus enim est quod omnino habet distanti
onem. Infinitum autem quod infinite di
stat. Quare infinitum corpus: omnino erit infi
nitum. Neque unum autem simplex contingit
infinitum esse corpus. Neque ut dicunt quidam
preter elementa ex quo generant hec. Non est enim
tale corpus preter elementa. Omne enim ex quo
est et dissolvitur in hoc. Non videtur autem hoc
preter simplicia corpora. neque ignis neque
aliud aliquid elementorum nullum. Sine enim eo
quod est infinitum esse aliquid ipsorum: impossi
bile omne et si sit finitum aut esse aut
fieri unum aliquid ipsorum. quemadmodum Era
clitus ait omnia fieri aliquando ignem. Eadem
autem ratio et in uno quod faciunt preter elementa
physici. Omne enim permutatur ex contrario. puta
ex calido in frigidum. Adhuc sensibi
le corpus alicubi et idem locus toti et partis

puta terre. Quare si quidem eiusdem speciei: immobi
le erit aut semper feretur. Hoc autem impossibi
le. Quid enim magis deorsum quam sursum
aut ubicumque. puta si bolus fuerit ubi
hic movebitur aut manebit. Locus enim
ipsi connaturalis corporis infinitus. Optine
bit ergo totum locum. Et quomodo quidem ergo in alio
et motus? aut ubique manet? Non move
bitur ergo. aut ubique non ergo stabit. Si autem
dissimile totum: dissimilia et loca. Et primo
quidem non unum corpus omnis nisi tactu. Deinde
aut finita hec erunt aut infinita specie. fi
nita quidem ergo non possibile. erunt enim
hec quidem infinita hec autem non si omne infini
tum. puta ignis aut aqua. Corruptio autem
quod tale contrariis. Si autem infinita et sim
plicia. et loca infinita. et erunt infinita
elementa. Si autem hoc impossibile: et loca fi
nita. et omne necesse finitum esse. Totaliter
autem impossibile infinitum esse corpus et locum
corporibus. si omne corpus sensibile aut
gravitatem aut levitatem habet. Aut enim ad
medium aut sursum feretur. Impossibile
autem infinitum aut omne aut dimidium
quodcumque passum esse. Quomodo enim divi
des? aut qualiter infiniti erit. hoc quidem
deorsum hoc autem sursum. aut extremum et
medium. Adhuc omne sensibile corpus in lo
co. Loci autem species sex. Impossibile autem
in infinito corpore hec esse. Totaliter autem
si impossibile locum infinitum esse: et corpus
impossibile. Quod enim est in loco alicubi. hoc autem
significat aut sursum aut deorsum aut ali
quod reliquorum aliquid. Horum autem unumquodque ter
minus est. Infinitum autem non idem in
magnitudine et motu et tempore. ut

Una quedā natura. ꝯ quod potius
dicit̄ ꝑ prius. puta motus ꝯ magni
tudinē. in qua mō aut altat̄ aut au
getur. Tps aūt ꝑ motū.

Permutatur aūt q̄ ꝑmutat̄
ħ quid ꝑ accñs. ut musicū ā
bulare. hoc aūt eo q̄ huiꝰ aliqd ꝑmu
tatur simplr̄. dicit̄ ꝑmutari. puta q̄
cūq; ꝯ ptes. sanat̄ ēn corpus. q̄ oculꝰ.
Est aūt aliquid ꝗ q̄ ipm ꝑmū mō.
ꝗ hoc ē ꝑ se mobile. Est aliquid ꝗ
in mouēte eodē mō. Mouet ēnī
ꝑ accñs. hoc quidē ꝑ ptē. hoc aūt ꝑ
se. Est aūt aliquid mouēs ꝑmū. est
aūt aliquid q̄ mō. Adhuc in quo tpē.
ꝗ ex quo. ꝗ in q̄. spēs aūt ꝗ passiones
ꝗ locus in que mouēt̄ mota q̄ mobi
lia sūt. puta sciā ꝗ calitas. Est autē
nō caliditas motus s; calefactō. Q̄
aūt nō ꝑ accñs ꝑmutatio nō ī oīb;
existit. s; in q̄rus ꝗ intmediis. ꝗ ī ꝯ
dictōne. huiꝰ aūt fides ex īductiōe.
Permutat̄ aūt q̄ ꝑmutat̄ aut ex
subo ī subm. aut ex nō subo ī n̄ subm.
aut ex subo ī nō subm. aut ex non
subo ī subm. Dico aūt subm q̄ affir
matōne mōstrari. Q̄ r̄ necē tres ēē
ꝑmutatōes. Que ē ex nō subo ī nō
subm: nō ē ꝑmutatio. N; ē ꝯ̄ua n;
ꝯdictio ē q̄ nō oppō. Que quidē ḡ
ex nō subo ī subm ꝑ ꝯdictōnē: gn̄o
ē. Que quid simplr̄: simplex. que
aūt q̄dā: alicuiꝰ. Que aūt ex subo
ī nō subm: corruptio. Que quid sim
plicit̄ simplex. que aūt alicuiꝰ: q̄dā.
Si ita nō ens dicit̄ multiplr̄. ꝗ n;
q̄ ꝯ ꝯpōnē aut diuisionē ꝯtingit
moui n; q̄ ꝯ pōtm q̄ simplr̄ enti op
positū. Q̄ ēn nō albū aut nō bonū:
tn̄ ꝯtingit moui ꝑ accñs. erit ēnī
itaq; hō q̄ nō albū. Q̄ aūt simplicit̄
nō hoc. nequaq̄. impossibile nō ēns mo
ueri. Si aūt hoc ꝗ gn̄ōnē motū
ēē. Gn̄at̄ ē nō ens. Si ē ꝗ q̄ ma
xime ꝑ accñs gn̄at̄. s; tm̄ uerū di
cere q̄ existit nō ens de gn̄ato sim
plicit̄. Sil̄r aūt ꝗ quiescere. Hec itaq;
accidūt difficilia. Et si omē q̄ mō
in loco. nō ens aūt nō ē in loco erit
ē utiq; alicubi. N; itaq; corꝝ motus.
Contrariū ē motui motꝰ aut quies.
corꝝ aūt gn̄ōni. Qm̄ aūt omis mo
tus ꝑmutatio q̄dā. ꝑmutatōes aūt
tres dicte. harū aūt q̄ ꝯ gn̄ōnē ꝗ cor
ruptōnē nō motus. hec aūt sūt
que ꝯ ꝯdictōnē: necē eā q̄ ex subo
ī subm: motū ēē solā. Subiecta aūt
aūt ꝯ̄ria. aut īt media. Et ēn ꝑuo
ponatur ꝯ̄ium. ꝗ mōstrat̄ affirmati
one. puta nudū ꝗ edentulū ꝗ nigꝝ.
Si ḡ predicamēta diuisa sūt. sub̄a.
q̄litate. loco. facē. aut pati. ad ad.
q̄nto: necē tres ēē motus. qualis.
q̄nti. loci. Secdm substam aūt nō.
ꝑ nullū ēē sube ꝯ̄riū. N; ad ād: ē
ēn alto nich ꝑmutato uificari. al
terū nich ꝑmutat̄. Quare ꝑ accñs
motus eoꝝ. N; facientis ꝗ patientis ꝗ
mouentis ꝗ moti. q̄ nō ē motꝰ mo
tus. n; gn̄ōnis gn̄ō. n; totalit̄ ꝑmu
tatio ꝑmutatōis. Dupl̄r ē ꝯtingit
motus ēē motū. aut ut subi. uelꝰ

homo mouetur qui ex albo in nigrum permutatur. Et quod sic et motus aut calefit aut infrigidatur aut locum permutat aut augetur. Hoc autem impossibile. Non est subiectorum aliquod permutatio. Aut eo quod aliud ad subiectum ex permutatione permutetur in aliam speciem, uelut homo ex languore in sanitatem. Sed nec hoc possibile nisi secundum accidens. Omnis est motus ex alio in aliud est permutatio, et generatio et corruptio eodem modo. Verumptamen quandoque ex oppositis sic aut sic; non motus. Simul igitur permutatur ex sanitate in egritudinem, et ex hac ipsa permutatione in aliam. Palam autem si languerit: permutatus erit in qualiamcumque. Contingit enim quiescere. Et adhuc in non contingentem semper, et illa ex aliquo in ad aliud erit. Quare opposita erit sanatio. Sed per accidens, uelut ex reminiscentia in obliuionem permutatur, quia cui inest illud permutatur, quandoque quidem in scientiam, quandoque autem in sanitatem. Adhuc in infinitum ibit si erit permutationis permutatio et generationis generatio. Necesse igitur et priorem si posterior, puta si simplex generatio fiebat aliquando, et quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fiebat, simpliciter. Sed aliquid fiens fiens semper iam aut factum. Et hoc itaque et hoc fiebat aliquando. Quare nondum erat tunc generatum. Quoniam autem infinitorum non est primum: non erit primum. Quare nec habitum. Nec fieri igitur nec moueri possibile est nec permutari nullum. Adhuc eiusdem motus contrarius et quies et generatio et corruptio. Quare quod fit cum fiat fiens: tunc corrumpitur. Nec enim confestim fiens nec postea. Esse enim oportet quod corrumpitur. Adhuc oportet materiam sub esse ei quod fit et permutatur. Que igitur erit? Quemadmodum alterabile corpus aut anima aliquid, sic aliquid quod fit motus et generatio. Et aliquid in quod mouetur. Oportet enim esse aliquid eum qui huius ex hoc in hoc motum, non motum. Qualis igitur? Non enim erit disciplina disciplinationis. Quare nec generatio generationis. Quoniam autem nec substantie nec eius quod ad aliquid nec eius quod facere et pati, relinquitur secundum quale et quantum et ubi motum esse. Horum enim unicuique contrarietas est. Dico autem quale non quod in substantia. Et enim differentia quale. Sed quod passiuum secundum quod dicitur pati aut inpassibile esse. Immobile autem et quod totaliter impossibile moueri et quod uix in tempore multo tarde incipiens, et quod natum quidem moueri non potest autem quando natum est et quo et ut, quod uoco quiescere immobilium solum. Contrarium est quies motui. Quare priuatio utique erit susceptiui.

Simul secundum locum quecumque in uno loco primo. Et seorsum quecumque in alio. Tangi autem quorum ultima simul. Intermedium autem in quod natum est prius peruenire quod permutatur quam in quod ultimum permutatur secundum naturam continue permutans. Contrarium secundum locum quod secundum rectam plurimum distat. Consequens est autem quod post principium ente positione aut specie aut aliter qualiter determinato: nichil intermedium est eorum que in eodem genere et cui consequens est. Ut linee linee aut unitates unitatis aut domus domus. Aliud autem nichil prohibet intermedium esse. Quod enim consequens alicui consequens et posterius ad. Non est unum consequens duorum. Nec noua luna secunde. Habitum autem quod cum consequens est tangit. Quoniam autem omnis permutatio in oppositis, hec autem contraria et contradictio. Contradictionis autem nullum intermedium: palam quod in contrariis intermedium. Conti-

nuū aūt q quid hītū aliquid. Dico
aūt ɔtinuū: cū idē fuīt 7 unū utriusq
terminus quibȝ tangūt 7 ɔtinētur. Q̄r
patꝫ q ɔtinuū ī hijs ex quibȝ unū
aliqđ natū ē fieri ꝑ tactū. 7 q ꝑimū
q ɔnt: patꝫ. Q̄ ē ɔnt nō tang̃ h̄ ad
ɔnē. 7 si ɔtinuū tangit. Si aūt tang̃
nō dū ɔtinuū. In quibȝ aūt nō ē tact᷒
nō ē cōnascētia ī hijs. Q̄r nō ē ꝑūc
tū unitati idē. Huius quidē ē in ē tangi.
huius aūt nō. s; ad ɔnt. 7 hoꝝ quidē ē
mediū aliqđ. hoꝝ aūt nō. Lib. xii.

De suba quidē theoria ē.
nā subarū ꝑncipia et
cause q̄rūtur. Et ē siū
totū q̄dā omē: suba
ē ꝑma ps. Et sic eo q ɔnt: 7 ita ꝑm̄
suba. deīn q̄litas aut q̄titas. Simul
aūt nec ēētia ut ē simplr dicē
hec: s; qualitates 7 motus quia 7
nō albū 7 nō rectū. Dicim᷒ ē eē 7 h:
ut puta ē nō albū. Amplius nichil a
hoꝝ sepabile. Testant̄ aūt 7 antiqui
ope. Nam sube q̄rebāt ꝑncipia et
elā 7 cās. Qui quidē nūc ulia sub
stantias magis ponūt. Nā gn̄a ulia
que dicūt ꝑncipia 7 subas eē ma
gis: ꝑp logyce inquirēt. Qui uō
antiqui᷒ ꝑticlaria ut ignē et
terrā. s; nō ɔnē corpus.

Substantie uō tres sūt. Una quidē
sensibil. cui alia quidē sempitē
na: alia corruptibil. q omēs ɔfitē
tur ut plante 7 alia. Sempitna aūt ē
elā sūme ē nccē: siū unū siū mla
ta. Alia uō imobil. hāc dicūt q̄dā
sepabilē eē. Hii quidē ī duo diui
dētes. Alii ī unā naām spēs ponētes
7 mathica. Alii hoꝝ mathica so
la. Ille q̄dē: nālēs cū motu ē. 7 h
alterius si nullū ipis ꝑncipiū cōe
ē. Sensibil uō suba: mutabil. Si
aūt mutatio ē ex oppositis aut me
diis. oppositis aūt nō oībȝ. Nō alb
ē uox. s; ex ɔtrario: nccē subeē q̄ mu
tabile. in ɔtrarietatē. Nō ē ɔtra trās
mutatē. Amplius hoc quidē manet. ɔtra
uō nō manet: nō manēt. Est igitur aliqđ tertiū
ꝑt ɔtraria: mā. Si itaq trāsmutatiōes
sūt quatuor. aut ꝑ qd. aut ꝑ quali
tatē. aut ꝑ quātitatē. aut ubi. gnō
quidē simplex 7 corruptio. ꝑ h 7 aug
mētū 7 detrimētū q ꝑ quātitatē. altera
tio aūt que ꝑ passionē. latio aūt
q ꝑ locū. In ɔtrarietates utiq erūt eas
q ꝑ unūquāq: trāsmutatiōes. Necē itaq
trāsmutari mām potentē ambo.

Quoniā aūt duplex ē ens. trāsmuta
tur omē ex potentia ente ī actu ens.
ut puta ex albo pōe ī actu albū. Sim
aūt ī augmēto 7 detrimēto. Quare nō so
lū ꝑ accidens ɔtingit fieri ex nō ente. s;
ex ente fiūt omnia. pōe quidē ente. ex
nō ente uō actu. Et h ē anaxago
re: unū. Melius ē ē quā sil' omnia.
Et empedoclis mixtura 7 anaxi
mandri. Et ut democritus ait nobis
erāt oīa pōe. actu uō: minime. Qua
re mām utiq erūt tangentes. Omnia
uō māliā hnt quecūq trāsmutant̄. s;
aliā 7 sempitnoꝝ. quecūq nō gnābilia
mobilia aūt latiōe. Unū nō gnābi

le huic: sed unde: quo. Dubitabit
autem utique aliquis ex quali non ente est
generatio: triplex est non ens. Si itaque est ad
potentiam. actu non ex quocumque: sed aliud
ex alio. Nec sufficit quod simul res omnes:
differunt enim materia. quoniam quare infinita
facta sunt, et non unum: intellectus enim
unus. Quare si et materia una: illud factum esset
actu: cuius materia erat potentia. Tres uero sunt cau-
se et tria principia. Duo quidem contrarietas cuius
hoc quidem ratio et species: illud uero priuatio. ter-
postea tium autem materia. Quod si sit materia nec
species. Dico autem ultima. Omne namque trans-
mutatur aliquid et ab aliquo et in quod. a quo
quidem: primo mouente. Quod uero materia.
In quod uero: species. In infinitum ergo ibit si non
solum es fit rotundum: sed et ipsum rotun-
dum aut es. Necesse est itaque stare. Post hoc
quia quamque ex uniuoco fit substantia. natura et que
sunt natura substantie et alia. Aut enim arte: aut
natura fiunt aut fortuna aut casu. Ars
quidem principium est in alio. Natura autem principi-
um in ipso. homo namque hominem generat. Reliqua
uero cause: horum priuationes. Substantie autem tres
sunt. materia quidem hoc ad substantiam in apparen-
do. quecumque tactu et non connascentia:
materia et subiectum. Natura uero hoc aliquid. in quam et habitus
quidam. Amplius tertia que est ex hiis singu-
laris. ut socrates et callias. In quibusdam
hoc non est preter compositam substantiam. ut domus
species si non ars. Nec est generatio et corruptio
horum: sed alio modo sunt et non sunt. domus que
sine materia et sanitas et omne quod ab arte. Sed si
quod in hiis que sunt natura. Quapropter non male
plato ait. quod species sunt quecumque natura si quidem sunt
species alie horum. ut ignis. caro. caput.

Omnia enim materia sunt. et eius que maxime substantie
ultima. Mouentes quidem causa ut existentes: alie uero
prius facte existentes. Que autem ut ratio: simul.
Quando enim sanatur homo: tunc et sanitas est. Et
figura enee spere simul: et enea spera. Si
autem et posterius aliquid manet: perscrutandum est.
In quibusdam enim nichil prohibet. ut si est anima
tale. non omnis: sed intellectus. Omnem namque
impossibile forsan. Palam itaque quod non oportet
propter hoc esse ydeas. homo enim hominem generat qui singu-
laris aliquem. Similiter autem et in artibus. Me-
dicinalis enim ars: ratio sanitatis est.

Cause autem et principia alia aliorum est
ut. Est autem ut siquis dicat uniuersaliter et se-
cundum proportionem. eadem omnium. Dubitabit autem ali-
quis utrum alia aut eadem sunt principia et
elementa substantiarum et eorum que sunt ad aliquid. et similiter
cathegoriarum unicuique. Sed inconueniens: si eadem
omnium. Ex eisdem enim erunt que ad aliquid et substantia.
Quod igitur hoc erit: Nam extra substantiam et alia pre-
dicamenta: nichil est commune. Prius autem est
elementum. quam quorum est elementum. At uero nec substantia
elementum est eorum que ad aliquid. Nec horum aliquod:
substantie. Amplius quomodo contingit esse omnium ele-
menta: Nullum enim possibile esse elementorum eidem
ex elementis compositorum esse. ut ei quod est
b. a. b. aut a. nec non et intelligibilium elementorum
ut unum aut ens. Insunt enim ea singu-
lis compositorum. Nichil igitur erit eorum. nec substantia
nec ad aliquid. Sed necessarium. Non sunt ergo omnium eadem
elementa. Aut ut dicimus est quidem ut est. est
uero ut non. puta forsan sensibilium cor-
porum. ut quidem species calidum et alio modo
frigidum priuatio. materia uero quod potentia hec primum per se.
Substantia uero et hec et que ex hiis quorum sunt principia
hec. Aut si quid ex calido et frigido fit unum

nū ut caro aut os. Altm̄ ē necc̄e ē.
ab illis eē q̄ sc̄m ē. hoꝝ ḡ eadē etiā ⁊
principia. alioꝝ uō alia. Omīa at ita qd̄
dicere nō ē. s; ꝓportionalit̄. Quēadm̄
si quis dicat q̄ principia sūt tria. sp̄es ⁊
p̄uatio ⁊ mat̄ia. S; hoꝝ unūquodq; altm̄ circa ḡ
unūquodq; ē. ut in colore albū nigrū
sup̄ficies. lumē tenebre aer. ex his
aut̄ dies ⁊ nox. Qm̄ aut̄ nō solū q̄
insūt cāe. s; ⁊ eoꝝ que ex̄. ut puta
mouēs. palā q̄ altm̄ principiū et e
lementū cāe uō. ambo. ⁊ in h̄ diuiditur
principiū. Q̄ aut̄ ut mouēs aut si
stens. principiū ē q̄dā. Q̄ sc̄ etiā sc̄dm̄
analogiā tria. Cause aut̄ ⁊ p̄n̄ q̄tuor.
aliud uō in alio. Et p̄ma cā. q̄ mouēs
ē ali. sanitas infirmitas. coꝛ. mouēs.
medicatiua. Sp̄es. inordinatō tal' la
teres. mouēs. edificatoria. Et in ea
diuiditur principiū. Cm̄ aut̄ mouēs
in phisicis quid hō. in hiis at q̄ a mente.
sp̄es. aut contrariū. modo q̄dā tres utiq;
erūt cāe. sic aut̄ q̄tuor. Ita sanitas
aliqualit̄ medicinalis. ⁊ domꝰ sp̄es. edi
ficatoria. ⁊ hō hoīez gn̄at. Adhuc p̄t
h̄ ut p̄m̄ omīa mouēs oīa. Qm̄ at sc̄t
hec qd̄ separabilia h̄ at inseparabilia. sūt
ille. Et p̄p̄ h̄ oīm cāe h̄. Quia sine sub
stantiis nō sūt passiones ⁊ motus. Qm̄
erūt h̄. aīa forsan. ⁊ coꝛ. aut intellectus.
⁊ appetitus ⁊ coꝛ. Amp̄ aut̄ alio mō
ꝓportionalit̄ p̄n̄ eadē. ut actus ⁊ pō. S;
⁊ h̄ alia q; aliis ⁊ alit̄. Jn quib; d̄a qd̄
ē idē. q̄nq; actu ē q̄nq; pō. Ut uinū a
caro. aut hō. Cadūt aut̄ h̄. in dictas cās.
actus quid ē sp̄es. si sit separabile. ⁊ q̄

ex ambob; p̄uatio uō ut puta tene
bre aut laborās. pō aut̄ mat̄ia. h̄ ē ē q̄
pōt sc̄ ambo. Aliē at actu ⁊ pote
state differūt. quoꝝ nō ē eadē mat̄ia.
quoꝝ nō ē eadē sp̄es. s; alia. q̄ admō
hoīs cā. et elā ignis ⁊ terra ut mat̄ia. ⁊ sp̄es
ꝓpria. ⁊ signo aliud ex̄. ut pr̄. ⁊ p̄t hec
sol. ⁊ obliquꝰ circulus. nec mat̄ia entia. nec
sp̄es. nec p̄uatio nec conformes. s; mouētia.
Adhuc aut̄ uidere op; q̄ h̄ qd̄ uīr
ē dicere. h̄ aut̄ nō. Omīa q̄ p̄ma principia
q̄ actu p̄m̄ h̄. ⁊ aliud q̄ pō. Jlla quidē
ḡ que uīa. nō sūt. Principiū enim
singulariū singulare. hō quidē ē hoīs
uīr. S; nō ē nullus. uerū pyleꝰ ac
ille. tui uō. pat̄ ⁊ h̄. b. h̄. b. a. totalit̄
uō. b. simplicit̄. b. a. Jtē iam q̄ subaꝝ.
Aliē aut̄ alioꝝ cause. ⁊ elā sic dīm
ē. eoꝝ que n̄ sc̄ in eodē gn̄e. coloꝝ
⁊ sonoꝝ. ⁊ subarū quantitatis. p̄t quā
ꝓportionalit̄. Et eoꝝ que sūt in eodē
sp̄e. diuisa nō sp̄e. s; q̄ singulariū a.
tua. tu. q̄ sp̄es ⁊ mouēs ⁊ mea uīr at
rōne eadē. Querere uō q̄ p̄n̄ aut
elā subarū. ⁊ ad ad ⁊ q̄litatū utrū
eadē aut diuisa. palā q̄ multiplr̄
dictoꝝ sūt. Diuisiq; dictoꝝ uō nō
eadē. s; alia. p̄t quā sic. Et oīm. sic
quidē eadē. aut eo q̄ ꝓportionalit̄. q̄
mat̄ia. sp̄es p̄uatio. mouēs. Et sic subā
rū cause ut cause oīm. q̄ destruūt̄
destructis. Amp̄ q̄ p̄m̄ endelichia. Si
aut̄ alia p̄ma q̄ contraria. q̄ nec ut ge
nera dicūt. n̄ multiplr̄ dicūt. Et adhuc
matie. Que qd̄ ḡ principia sēsibiliū
⁊ q̄t ⁊ q̄mō. eadē ⁊ quō alia dīm ē.

SEt quoniam autem tres erant substantie, due quidem phisice et una que inmobilis, de hac dicendum quia necesse esse sempiternam aliquam substantiam inmobilem. Nam substantie prime entium. Et si omnes corruptibiles, omnia corruptibilia. Sed impossibile motum aut fieri aut corrumpi. Semper enim erat. Nec tempus. Nec possibile prius et posterius esse, cum non sit tempus. Et motus igitur sic est continuus ut tempus. Aut enim idem aut motus est aliqua passio. Motus autem non est continuus nisi qui secundum locum, et huius qui circulo. At vero si erit motivum aut effectivum, non operans autem aliquid, non erit motus. Contingit enim potentiam habens non agere. Nichil igitur prodest nec si substantias faciamus sempiternas, quemadmodum qui species, nisi aliquod potens inerit principium transmutari. Non igitur nec ipsa sufficiens, nec alia substantia preter species. Nam si non agit, non erit motus. Adhuc nec si agit, substantia autem ipsius potentia, non enim erit motus eternus. Contingit enim quod potentia est non esse. Oportet igitur esse principium tale cuius substantia actus. Amplius igitur tales oportet esse substantias sine materia. Sempiternas enim esse oportet, si et aliud aliquid sempiternum. Actu igitur. Quamvis dubium. Videtur enim quidem omne agens posse, posse vero non omne agere. Quare prius esse potentiam. At vero si hoc, nichil erit entium. Contingit enim quod possibile esse, nondum esse. Et tamen si ut dicunt theologi qui ex nocte generant, aut ut phisici erant simul res omnes dicunt, idem impossibile. Quomodo enim movebuntur si non fuerit actu aliqua causa? Non enim materia ipsa se ipsam movebit, sed tectonica; nec menstrua nec terra, sed semina et genitura.

Propter quod faciunt quidam semper actum, ut Leucippus et Plato. Semper enim dicunt esse motum. Sed quare et quem non dicunt, nec sic, nec causam. Nichil enim ut contingit movetur, sed oportet aliquid semper existere, quemadmodum nunc natura quidem sic, vi vero aut ab intellectu aut alio sic. Deinde qualis prior? Differt enim inaptabile quantum. At vero nec Platoni possibile dicere quod existimat aliquando principium esse quod ipsum se ipsum movet. Posterius enim et simul cum celo anima, ut ait. Potentiam quidem igitur existimare priorem actu est quidem ut bene, est ut non. Dictum est autem quomodo. Quod autem actus prius testatur Anaxagoras. Intellectus enim actus est. Et Empedocles amicitiam et litem. Et semper dicentes motum esse, ut Leucippus. Quare non fuit infinito tempore chaos aut nox, sed eadem semper aut periodo aut aliter, si prius est actus potentia. Si itaque idem semper periodo, oportet aliquid semper manere similiter agens. Si autem debeat fore generatio et corruptio, aliud oportet agens esse aliter et aliter. Necesse igitur sic quidem secundum se agere, sic vero secundum aliud. Aut igitur secundum alterum aut secundum primum. Necesse itaque secundum hoc. Iterum enim illud ipsique causa et illi. Dignius igitur primum. Et enim causa erat illud ipsius semper similiter, et ipsius aliter alterum. Ei autem quod est semper aliter palam quia ambo. Ergo si sic se habet motus, quid igitur alia oportet querere principia? Quoniam autem ita contingit, et si non sic, ex nocte erit et simul omnium et ex non ente, solventur utique hec. Et est aliquid semper motum motu incessabili. Hic autem qui circulo. Et hoc non ratione solum sed opere palam. Quare sempiternum utique erit primum celum. Est igitur aliquid quod movet. Quoniam autem quod motum et movens et medium, igitur est aliquid quod non motum movens sempiternum et substantia et actus ens. Movet autem sic appetibile et intel-

at

ligibile movent non mota. Horum autem
prima eadem. Concupiscibile quidem enim
ipsum apparens bonum, volibile autem pri-
mum existens bonum. Appetimus autem quia vi-
detur magis quam videtur quia appetimus. Princi-
pium enim est intelligentia. Intellectus autem ab
intelligibili movetur. Intelligibilis autem altera
coelementatio per se. Et huius substantia prima. Huius autem
que simplex et secundum actum. Est autem unum et
simplex non idem. Unum enim metrum sig-
nificat. Simplex autem qualiter habens ipsum.
At vero et quod bonum et quod propter ipsum eligi-
bile in eadem coelementatione. Et est optimum
semper aut proportionale quod primum. Quoniam autem
est quod cuius gratia in immobilibus divisio ostendit.
Est enim alicui quod cuius gratia, quorum hoc quidem
est, illud vero non est. Movet autem ut a-
matum. Moto vero alia movet. Siquidem
igitur aliquid movetur, contingit aliter habere. Quare la-
tio quae prima et actus est, secundum quod movetur, hac autem
contingit aliter habere secundum locum et si non secundum substantiam.
Quoniam autem est aliquid movens ipsum immobile
ens actu existens, hoc non contingit aliter se habere
nullatenus. Latio enim prima mutationum,
huius autem quae circulo. Hanc autem hoc movet.
Ex necessitate igitur est ens, et necessitas bene,
et sic principium. Necessarium enim totiens, hoc quidem violentia quia
praeter impetum, illud vero sine quo non bene,
hoc autem non contingens aliter sed simpliciter.
Ex tali igitur principio dependet caelum et natura.
Deductio autem est qualis optima parvo
tempore nobis. Sic enim semper illud est, nobis quidem
est impossibile, quoniam et delectatio actus huius. Et
propter hoc vigilatio, sensus, intelligentia delec-
tabilissimum, spes vero et memoriae propter
haec. Intelligentia autem quae per se eius quod per se

optimum, et quae maxime eius quod maxime.
Ipsum autem intelligit intellectus secundum transump-
tionem intelligibilis. Intelligibilis enim
fit attingens et intelligens. Quare idem in-
tellectus et intelligibile. Susceptivum
enim intelligibilis et substantiae intellectus. Ac-
tuatur autem habens. Quare illud magis isto
quod videtur intellectus divinum habere. Et speculatio
delectabilissimum et optimum. Si igitur sic
bene habet ut nos quandoque deus semper, mirabi-
le. Si autem magis, adhuc mirabilius.
Habet autem sic. Et vita autem utique existit.
Et enim intellectus actus vita. Ille autem
est actus. Actus autem qui per se illius vita
optima et sempiterna. Dicimus autem deum esse
animal sempiternum optimum. Quare vita et du-
ratio continua et eterna existit deo. Hoc enim
deus. Quicumque autem putant ut Pictagori-
ci et Speusippus optimum et nobilissimum
non in principio esse, quia et plantarum et ani-
malium principia causae sunt, bonum vero et perfectum in
hiis quae ex hiis, non recte existimant.
Nam sperma ex aliis est prioribus perfectis. Et
primum non est sperma sed perfectum, ut priorem ho-
minem dicat aliquis esse spermate, non eum
qui ex hoc fit sed alterum ex quo sperma. Quod
quidem igitur est substantia aliqua sempiterna et immo-
bilis separata a sensibilibus manifestum ex dictis.
Ostensum est autem et quia magnitudinem nul-
lam contingit habere hanc substantiam, verum sine
partibus et indivisibilis est. Movet enim infinitum
tempus. Et non habet potentiam infinitam finitum.
Quoniam autem omnis magnitudo aut infinita erit
aut finita, finitam quidem propter hoc utique non ha-
bebit magnitudinem, infinitam vero quia
totaliter non est ulla infinita magnitudo.

At vero quod et impassibile et inalterabile
omnes enim alii motus posteriores sunt
eo qui secundum locum. Haec quidem igitur manife-
sta quia hunc modum habent.
Utrum autem unam ponendum est talem
substantiam aut plures et quot
oportet non latere sed rememorari et aliorum enun-
tiationes quia de pluralitate nihil dixerunt
quod et planum dicere. Quae enim circa ydeas exi-
stimatio nullam habet perscrutationem propri-
am. Numeros enim dicunt ydeas et dicentes ideas.
Sed de numeris quandoque quidem ut de infinitis
dicunt quandoque autem ut usque ad decadem de-
terminatis; propter quam vero causam tanta plura-
litas numerorum nihil dicitur cum studio demo-
strativo. Nobis autem est ex suppositis et de-
terminatis dicendum. Principium quidem et primum
entium est immobile et per se et secundum accidens,
movens vero primum sempiternum et unum
motum. Quoniam autem quod movetur necesse est ab
aliquo moveri, et primum movens immo-
bile esse per se, et sempiternum motum ab sem-
piterno moveri et unum ab uno; videmus 3
enim praeter universi simplicem lationem quam
movere dicimus primam substantiam et immobilem,
alias lationes existentes planetarum
sempiternas. Sempiternum enim est et instabile
circulare corpus. Ostensum est autem in physicis de
hiis. Necesse et harum lationum unamquamque
ab immobili moveri per se et sempiterna sub-
stantia. Astrorum enim est natura sempiterna substantia quae-
dam. Et movens sempiternum et prius
eo quod movetur et quod prius substantia substantiam esse
necesse est. Palam itaque quia tot substantias esse
necesse est naturaque sempiternas et immobiles per
se et sine magnitudine propter prius dictam

causam. Quod quidem igitur sunt substantiae et harum quae
prima et secunda secundum ordinem eundem lationibus
astrorum palam. Pluralitatem iam lationum ex
maxime propria philosophiae mathematicarum scientiarum in-
tendere oportet ex astrologia. Haec enim de substantia sensi-
bili quidem sempiterna autem facit theoriam. Ali-
ae vero de nulla substantia, puta quae circa numeros
et geometria. Quod quidem igitur plures sint corporum
quae feruntur lationes manifestum est et parum attin-
gentibus; pluribus enim quam una astrorum erra-
tium unumquodque fertur. Sed quot sint hae nunc
quidem nos quae dicunt mathematicorum quidam ac-
cipimus gratia cognoscendi ut sit mente aliqua plura-
litas determinata suscepta; reliquum vero
hoc quidem quaerentes ipsos oportet, illa vero perscruta-
tos a quaerentibus, si quid videatur praeter nunc dicta
ab ea tractantibus, amare quidem utrosque, persu-
aderi vero certioribus. Eudoxus quidem igitur so-
lis et lunae utriusque lationem in tribus posu-
it esse speris, quarum primam aplanon astrorum
esse, secundam autem secundum eum qui zodiaci per medium,
tertiam autem secundum obliquatum in latitudine aliquam.
In maiori autem latitudine obliquatum secundum
quam luna fertur quam secundum quam sol. Errantium
vero astrorum in quatuor unumquodque speris. Qua-
rum primam quidem et secundam eandem esse. Et
enim eam quae est aplanon quae omnes est ferens. Et
eam quae sub ea ordinata et secundum eum qui
per medium zodiaci lationem habentem communem
omnium esse. Tertiae vero omnium polos in eo qui per
medium aliquam esse. Quartae autem lationem secundum
obliquatum ad medium huius. Esse vero tertiae
sperae polos aliorum quidem alios; Veneris
vero et Mercurii eosdem. Calippus autem positionem
quidem sperarum eandem posuit cum Eudoxo,
hoc est distantiarum ordinem. Pluralitatem

unicuique earum quae Iovis et eius quae Saturni eandem cum illo dedit. Soli vero et lune duas existimabat adhuc apponendas esse speras, apparentia si quis esset redditurus. Reliquis vero planetis singulis unam. Necesse autem, si simul posite omnes apparentia sint redditure, secundum unumquemque planetarum alteras speras una minores esse revolventes et ad idem restituentes positione primam speram semper inferius ordinati astri. Sic enim solum contingit planetarum lationem omnia facere.

Quoniam ergo in quibus quidem ipsa feruntur spere, hee quidem octo, hee autem quinque et viginti sunt, harum autem solas non oportet revolvi in quibus infime ordinatum fertur, que quidem revolvunt eas que sunt primorum duorum sex erunt, que autem eas que sunt posteriorum quatuor sedecim. Omnium itaque numerus et ferentium et revolventium eas quinquaginta quinque. Si autem lune et soli aliquis non addiderit quos diximus motus, omnes spere erunt septem et quadraginta. Pluralitas quidem igitur sperarum tanta sit. Quare et substantias et principia immobilia et sensibilia tot rationabile existimare; necessarium enim dimittatur fortioribus dicere. Si autem nullam possibile esse lationem non ordinatam ad astri lationem, amplius autem omnem naturam et omnem substantiam impassibilem et secundum se optimum sortitam finem esse oportet existimare, nulla erit preter has altera natura, sed hunc substantiarum numerum esse necesse. Si autem essent alie, moverent ut finis existentes lationis. Sed alias quidem lationes esse impossibile preter dictas. Hoc autem rationabile ex latis existimare. Nam si omne ferens lati gratia natum est et latio omnis lati alicuius est, nulla latio sui gratia erit nec aliarum gratia lationum sed astrorum. Nam si fuerit latio lationis gratia, et illam alterius gratia oportebit esse. Quare quoniam non est possibile in infinitum, finis erit omnis lationis latorum aliquid divinorum corporum per celum. Quod autem unum celum, manifestum. Si enim plures essent celi ut homines, foret species que circa unumquodque principium, unum numero vero multa. Sed quecumque sunt numero multa, materiam habent. Una enim et eadem ratio multorum, ut hominis, Sortes vero unus. Quod autem quid erat esse non habet materiam primum; endelechia enim est. Unum ergo et ratione et numero primum movens immobile ens. Et motum ergo semper et continue unum solum. Unum ergo solum celum. Tradita sunt autem a senioribus et antiquis in fabule figura dimissa posterioribus, quia dii sunt hii et continet divinum totam naturam. Reliqua vero fabulose iam adducta sunt ad persuasionem multorum et ad opportunitatem ad leges et conferens. Conformes enim hominibus hos et aliorum animalium quibusdam similes dicunt et his alia consequentia et dictis similia. A quibus si quis separans id accipiat solum quod primum, quia deos existimaverunt primas substantias esse, divine utique dictum esse putabit, et secundum verisimilitudinem sepe inventa ad possibile unaquaque et arte et philosophia et iterum corruptis. Et has opiniones illorum quasi reliquias nunc usque salvatas esse. Patria quidem igitur opinio et que a primis intantum nobis manifesta solum.

Que autem circa intellectum habent quasdam dubitationes. Videtur quidem enim apparentium dignissimum; quomodo vero habens talis erit

utique habet quasdam difficultates. Nam
sive non intelligat, quid utique erit in
signe venerabile? Sed habet quemadmodum
ut si dormiens. Sive intelligat, huius
aliud principale. Non enim est hoc quod est sua
substantia intelligentia sed potentia. Non utique erit
optima substantia. Per intelligere enim hono
rabile ei inest. Amplius autem sive intellectus
sit sua substantia sive intelligentia, quid in
telligit? Aut enim se ipsum aut alterum aliquid.
Et si alterum, aut idem semper aut aliud. Utrum
igitur differt aliquid aut nichil intelligere bo
num aut contingens? Aut inconveniens me
ditari de quibusdam? Palam igitur quia divinis
simum et honorabilissimum intelligit et non
transmutatur. In dignius enim transmutatio. Et
motus quidam iam tale. Primum quidem igitur si
non est intelligentia sed potentia, rationale est labo
riosum esse continuationem intelligentie.
Deinde palam quia aliquid aliud erit dignius intelle
ctu, quia intellectus. Et enim intelligere et in
telligentia inerit indignissimum intelligenti.
Quare si fugiendum hoc, et enim non videre quedam dignius
quam videre, non sit optimum intelligentia. Se
ipsum igitur intelligit siquidem est potissimum, et est
intelligentia intelligentie intelligentia. Videtur enim semper
aliorum scientia et sensus et opinio et meditatio,
ipsius autem in accessorio. Amplius si aliud est
intelligere et intelligi, secundum quod ei ipsum bene inest?
Non enim idem esse intelligentie et intellecto. Aut in
quibusdam scientia res. In factivis quidem sine
materia substantia et quod quid erat esse, in theori
cis vero ratio res et intelligentia. Non altero igitur ex
istente eo quod intelligitur et intellectu, quecumque materiam
non habent, idem erunt, et intelligentia
ei quod intelligitur una. Adhuc autem restat du
bitatio si compositum est quod intelligitur: transmuta
bitur enim in partibus totius. Aut indivisibile omne
quod non habet materiam, ut humanus intellectus. Aut
qui aliquorum compositorum habet in aliquo tempore. Non
enim habet ipsum bene in hoc aut in hoc, sed in toto
quodam quod optimum ens aliquid aliud. Sic
autem se habet ipsa sui ipsius intelligentia toto evo.

Perscrutandum autem et qualiter habet to
tius natura bonum et optimum, utrum sepa
ratum aliquid et ipsum secundum se, aut ordinem. Aut
utroque modo sicut exercitus. Et enim in ordine ipsius
bene et dux exercitus, et magis iste. Non enim iste
propter ordinem, sed ille propter hunc est. Omnia vero ordi
nata sunt aliqualiter. Sed non similiter, et natatilia et
volatilia et plante. Et non sic se habent ut
non sit alteri ad alterum nichil, sed est aliquid. Ad unum
quidem enim omnia ordinata sunt. Sed quemadmodum in
domo liberis non licet quod contingit facere, sed
omnia aut plurima ordinata sunt. Servis vero
et bestiis parum quod ad commune, multum vero quod
contingit: tale namque cuiusque principium natura
est. Dico autem puta ad discerni quidem
necesse omnibus venire. Et alia sic sunt quibus
communicant omnia ad totum. Quecumque vero im
possibilia accidunt aut absurda aliter dicen
tibus, et qualia gratiosius dicentes, et in quibus
minime dubitationes, oportet non latere. Omnes enim
ex contrariis faciunt omnia. Neque autem quod omnia neque
quod ex contrariis recte, nec in quibus contraria
existunt quomodo ex contrariis erunt non dicunt.
Impassibilia namque sunt contraria ab invicem.
Nobis autem solvitur rationabiliter eo quod
tertium aliquid sit. Alii vero alterum contrariorum materiam
faciunt. Quemadmodum qui inequale equali
aut uni multa. Solvitur autem et hoc eodem
modo. Materia enim que una nulli est contrarium

Amplius pravi participare extra unum.
Nam pravum ipsum alterum elementorum. A-
lii autem non principia bonum et malum, quam-
vis in omnibus maxime quod bonum principium. Alii
vero hoc quidem recte quia principium. Sed quo-
modo bonum principium non dicunt, utrum ut finis aut
ut movens aut ut species. Inconveniens est autem
et Empedocles; amicitiam enim facit bonum.
Hic autem principium et ut movens: congre-
gat enim. Et ut materia; pars enim est mixture. Si i-
taque et eidem accidit ut materiam et principium esse
et ut movens, sed esse non idem. Utrum ergo a-
micitia. Inconveniens autem et incorruptibi-
lem esse litem; hoc ipsum autem est mali natura.
Anaxagoras autem ut movens quod bonum
principium. Intellectus enim movet. Sed gratia alicuius
movet. Quare alterum, excepto ut nos dicimus.
Nam medicativa est quodam modo sanitas.
Inconveniens autem et contrarium non facere bono
et intellectui. Omnes autem contraria dicentes non
utuntur contrariis, si non figuret aliquis. Et quare hec quidem
corruptibilia, hec vero incorruptibilia, nul-
lus dicit. Omnia namque entia faciunt ex
eisdem principiis. Amplius alii quidem ex non
ente faciunt entia. Alii autem ut non
hoc cogantur, unum omnia faciunt. Amplius prop-
ter quid semper erit generatio et que est causa generationis nullus
dicit. Et duo principia facientibus aliud
necesse principium principalius esse. Et hiis qui
species quia aliud principium principalius. Propter
quid enim participavit aut participat? Et
aliis quidem necesse sapientie et honorabilissime
scientie aliquid esse contrarium. Nobis autem non. Non
enim est contrarium primo nichil. Nam omnia contraria
materiam habent, et hec potentia sunt. Contraria autem
ignorantia ad contrarium. Primo vero contrari-
um nichil. Amplius si non erunt preter sensibilia a-
lia, non erit principium et ordo et generatio et cele-
stia. Sed semper principii principium, ut theo-
logis et physicis omnibus. Si autem erunt species
aut numeri, nullius cause. Sin autem, non
quidem motus. Adhuc quomodo erit ex non ma-
gnitudinibus magnitudo et continuum?
Non enim numerus faciet continuum, neque ut movens
nec ut species. At vero nullum erit contrariorum
quod et factivum et motivum. Contingeret enim utique
non esse. At vero posterius quidem ipsum facere
potentia. Non ergo sempiterna sunt entia. Sed sunt. In-
terimendum ergo horum aliquid. Et hoc dictum est
ut. Adhuc quomodo numeri unum aut anima et
corpus et totaliter species et res, nichil dicit nul-
lus, nec contingit dicere nisi ut nos dicimus,
quia movens facit. Dicentes autem numerum primum
mathematicum et sic semper aliam habitam substantiam
et principia cuiuslibet alia, inconnexam universi
substantiam faciunt. Nichil enim alia alii confert
existens aut non existens, et principia multa. Entia
vero non volunt disponi male. Nec bona
pluralitas principatuum. Unus ergo
princeps.

Liber .xiii.

De sensibilium quidem igitur substantia
dictum est que est, in metho-
do quidem physicorum de ma-
teria, posterius vero de ea que
est secundum actum. Quoniam vero perscrutatio est u-
trum est aliqua preter sensibiles substantias immobi-
lis et sempiterna aut non est, et si est que
est, primum que ab aliis dicta sunt specu-
landum, ut si quid non bene dixerunt, non
eisdem rei simus et eis non assentiamur. Et si
quod esse dogma nobis et illis, hoc separati-
ne adversus nos graves simus. Amabile

utraque sicut quidam dicunt. illa
vero non decentius. Si vero non sunt opiniones
de hiis. Nam mathematica entia substantias esse
quidam ut numeros et lineas et hiis cognata
et iterum ydeas. Sed quoniam hii quidem duo hec
genera faciunt, ydeas et mathematicos numeros,
alii vero unam naturam utriusque. Et alii quidam
mathematicas solas substantias esse dicunt, perscru
tandum est primum quidem de mathematicis nullam
adicientes aliam naturam, ut utrum ydee sint
aut non, et utrum principia et substantie entium aut
non, sed quasi de mathematicis solum sive sint sive
non sint. Et si sunt, quomodo sunt. Deinde post
hec separatim de ydeis ipsis simpliciter et quantum
legis gratia. Divulgata enim multa ab
exterioribus rationibus. Amplius autem ad illam
oportet perscrutationem obviare pluriman rationem,
quando perscrutamur si substantie et principia entium numeri
et ydee sunt. Nam post ydeas hec restat
tertia perscrutatio. Necesse vero si sunt ma
thematica aut in sensibilibus esse ipsa quem
admodum quidam dicunt, aut separata a sensi
bilibus. Dicunt autem et ita quidam. Aut si neu
traliter, aut non sunt aut alio modo sunt.
Quare dubitatio nobis erit non de esse sed de modo.
Quod quidem igitur in sensibilibus impossibile esse
et simul fictiva ratio dictum est in
dubitationibus, quia duo corpora simul esse impossibile. Sed
adhuc palam quia impossibile dividi quod
cumque corpus. Nam secundum superficiem dividetur et hec
secundum punctum. Quare si punctum dividere impos
sibile et lineam. Quare si hanc et alia. Quid
igitur differt aut has esse tales naturas aut
ipsas quidem non esse aut inesse tales naturas?
Eadem enim accident. Divisis enim sensibilibus di
videntur. Aut neque sensibiles. At vero neque se
paratas esse naturas tales possibile. Si enim erunt so
lida preter sensibilia separata ab hiis altera
et priora sensibilibus, palam quia et preter superficies
alteras necessarium esse superficies separatas et punc
ta et lineas. Eadem enim ratio. Si autem hec, pa
lam preter solidi mathematici superficies et line
as alias separatas. Priora enim incompositis sunt in
composita. Et si igitur sensibilibus priora corpora
non sensibilia, eadem ratione et planorum que
in immobilibus solidis ipsa secundum se. Quare
alia hec plana et linee ab hiis que simul cum
solidis separatis. Hec quidem enim simul cum
mathematicis solidis, hec autem priora mathe
maticis solidis. Iterum igitur horum planorum
erunt linee quibus priores oportebit alias
lineas et puncta esse propter eandem rationem. Et
harum in prioribus lineis altera priora punc
ta quibus non adhuc priora altera. Incon
veniens itaque fit coacervatio. Accidit enim
est unica preter sensibilia. Plana autem
triplicia preter sensibilia et que preter sensibilia
et que in mathematicis solidis et preter ea que
in hiis. Linee autem quadruplices, punc
ta autem quincupla. Quare circa qualia horum
scientie erunt mathematice? Non enim utique circa
ea que in solido immobili plana et lineas
et puncta. Semper enim est circa priora scientia. Eadem
autem ratio et de numeris. Amplius que quidem in
dubitationibus pertractavimus, quomodo contin
git solvere. Circa que enim astrologia est
similiter erunt preter sensibilia et circa que geo
metria. Esse autem celum et partes ipsius
quomodo possibile aut aliud quodcumque habens
motum. Similiter autem et perspectiva et ar
monica. Erit enim vox et visus preter
sensibilia et singularia. Quare palam quia et

aut sensus et alia sensibilia. Quid enim magis hec quam illa. Si autem hec, et alia erunt aliquid et sensus. Amplius secundum que scribuntur quedam universaliter a mathematicis preter has substantias. Erit ergo et ipsa quedam substantia alia intermedia separata ab ydeis et hiis que intermedia, que neque est numerus neque puncta neque magnitudo neque tempus. Si autem hoc impossibile, palam quia et illa impossibile esse separata a sensibilibus. Omnino autem contrarium accidit et vero et consueto existimari, si quis ponat sic esse mathematica ut separatas quasdam naturas. Propter enim esse ipsa sic, necesse priora esse sensibilibus magnitudinibus. Secundum veritatem autem posteriora; imperfecta enim magnitudo generatione quidem prior est, substantia autem posterior, ut inanimatum animato. Amplius quo et quando erunt unum mathematice magnitudines? Que quidem enim hic, anima aut parte anime aut alio aliquo rationabili. Si autem non, multe et dissolvuntur. Illis autem divisibilibus et quantis existentibus, que causa existendi unum et commanendi? Amplius generationes manifestant. Primo quidem enim ad longitudinem fit, deinde ad latitudinem, ultimo autem ad profundum, et finem habet. Si ergo quod generatione posterius substantia prius, corpus prius utique erit superficie et longitudine. Et sic et perfectum et totum magis, quia animatum fit. Linea autem animata aut plana quomodo utique erunt? Supra sensus enim utique erit axioma. Amplius corpus quidem substantia quedam; iam enim habet aliqualiter perfectum. Linee autem quomodo substantie? Neque enim ut species et forma quedam, ut si forte anima tale, neque ut materia ut corpus. Nichil enim ex lineis neque ex superficiebus neque ex punctis videtur posse consistere. Si autem erant substantia quedam materialis, hoc utique vi-

derentur posse pati. Ratione quidem ergo sint priora. Sed non omnia quecumque ratione priora, et substantia priora. Substantia quidem enim priora quecumque separata in essendo excedunt. Ratione autem quorumcumque rationes ex rationibus. Hec autem non simul existunt. Si enim non sunt passiones preter substantias, puta motum aliquid aut album, albo homine album prius secundum rationem, sed non secundum substantiam. Non enim contingit esse separatum, sed semper simul cum synolo est. Synolon autem dico hominem album. Quare manifestum quia neque quod ex ablatione prius, neque quod ex additione posterius. Ex additione enim albo albus homo dicitur. Quod quidem ergo neque substantie magis corporum sunt, neque priora in essendo sensibilibus, sed ratione solum, neque separata alicubi esse possibile, dictum est sufficienter. Quoniam autem neque in sensibilibus contingebat ipsa esse, manifestum quia aut totaliter non sunt, aut modo quodam sunt, et propter hoc non simpliciter sunt. Multipliciter enim esse dicimus. Sicut enim et universalia in mathematicis non de separatis sunt preter magnitudines et numeros, sed de hiis quidem, non in quantum autem talia qualia habere magnitudinem aut esse divisibilia, palam quia contingit et de sensibilibus magnitudinibus esse et rationes et demonstrationes, non in quantum autem sensibiles, sed in quantum tales. Sicut enim et in quantum mota solum multe rationes sunt, sine eo quod quid unumquodque est talium et accidentium ipsis, et non necesse propter hoc aut separatum aliquod esse motum a sensibilibus aut in hiis aliquam naturam esse separatam, sic et de motis erunt rationes et scientie, non in quantum mota autem, sed in quantum corpora solum, et iterum in quantum plana solum, et in quantum longitudines solum, et in quantum divisibilia, et in quantum indi-

bilia solum. Quare quoniam simpliciter dicere
verum non solum separabilia esse sed et non sepa
rabilia, puta mota esse et mathematica: quare
sunt simpliciter verum dicere et talia qualia
dicunt. Et sicut et alias scientias simpliciter
verum dicere huius esse, non accidentis, puta quia
albi si salubre album; hec autem est salu
bris, sed illius est cuius unaquaque si salubre sa
lubris; si autem inquantum homo: hominis. Sic et
geometriam non si accidit sensibilia esse quorum
est, non est autem inquantum sensibilia, non sensi
bilium erunt mathematice scientie. Non tamen neque
preter hec aliorum separatorum. Multa autem acci
dunt per se rebus inquantum unumquodque existit
talium; quoniam et inquantum femininum aut inquantum mascu
linum, proprie passiones sunt: quamvis non sit
aliquod femininum neque masculinum separatum a
nimalium. Quare et inquantum longitudines
solum et inquantum plana. Et quanto utique
de prioribus ratione et simplicioribus: tanto
magis habet certum. Hoc autem simplex est.
Quare sine magnitudine magis quam
cum magnitudine. Et maxime sine motu.
Si autem motum: maxime primum. Simplicis
simus enim est. Et huius quidem regularis. Eadem
autem ratio et de armonica et perspectiva. Neu
tra enim inquantum visus aut inquantum vox spe
culatur; sed inquantum linee et numeri, proprie tamen
hee passiones illorum. Et mechanica autem
similiter. Quare si quis ponens separata accidentium
speculatur aliquid de hiis inquantum talia:
nullum propter hoc mendacium mentietur, sicut neque quando
in terra scripserit pedalem: dicat non peda
lem. Non enim est in propositionibus mendacium. Optime
autem utique sic consideravit unumquodque: si quis
quod non separatum ponat separans. quod quidem

arismeticus facit et geometer. Unum quidem
enim et indivisibile homo inquantum homo. Hic autem
posuit unum indivisibile. Deinde considerat autem
si quid homini accidit inquantum indivisibilis. Geo
meter autem neque inquantum homo neque inquantum indivisibilis, sed
inquantum solidum. Que enim utique et si nusquam erant in
divisibilis inerant ipsi: palam quia et sine hiis
contingit ipsi existere possibile. Quare propter hoc recte
et geometre dicunt, et de entibus disputant,
et entia sunt. Duplex enim ens hoc quidem est
actu: hoc autem materialiter. Quoniam autem bonum et pul
crum altera: hoc quidem enim semper in operatione, bonum
autem et in immobilibus: dicentes nichil dicere mathe
maticas scientias de bono aut optimo: mentiuntur.
Dicunt enim et demonstrant maxime. Non enim si non
nominant, opera autem et rationes ostendunt: non
dicunt de ipsis. Boni autem species maxime
sunt: ordo et commensuratio et determinatum. Que maxime
ostendunt mathematice scientie. Et quoniam multorum
causa videntur hec, dico autem puta ordo et de
terminatum: palam quia dicent utique et talem cau
sam que ut bonum causa modo aliquo. Magis autem
notius in aliis de ipsis dicemus. De mathematicis
quidem igitur quia et entia sunt, et quomodo entia, et quomodo
priora et quomodo non priora: tanta dicta sint.

De ydeis autem primo ipsam que secundum ydeam
opinionem considerandum. Nichil copulantes
ad numerorum naturam, sed ut existimabant a principi
o qui primi ydeas dixerunt esse. Accidit autem
que de speciebus opinio hiis qui dixerunt: propter per
suasos esse de veritate eracliteis rationibus,
tamquam omnibus sensibilibus semper fluentibus. Ut si quidem
scientia alicuius erit et prudentia: alias oportet
aliquas naturas esse preter sensibiles manentes.
Non enim esse fluentium scientiam. Socrate autem circa
morales virtutes negotiante. et de hiis diff

finire universaliter quesivit primo. Physicorum quidem enim ad modicum tetigit democritus solum et diffinivit aliqualiter calidum et frigidum. Pictagorici autem prius de quibusdam paucis, quorum rationes in numeros retulerunt, puta quid est tempus aut iustum aut nuptie. Ille autem rationabiliter querebat quod quid est. Sillogizare enim querebat. Principium autem sillogismorum quod quid est. Dyalectica enim valida nondum tunc erat ut posset et sine eo quod quid est contraria speculari, et contrariorum si eadem scientia. Duo enim sunt que quis utique attribuet socrati iuste, inductivas rationes et diffinire universaliter. Hec enim sunt ambo circa principium scientie. Sed socrates quidem universalia non separabilia fecit neque diffinitiones. Hii autem separaverunt, et talia entium ydeas appellaverunt. Quare accidit ipsis fere eadem ratione omnium ydeas esse universaliter dictorum. Et similiter quemadmodum utique si quis numerare volens minoribus quidem existentibus putet non posse, plura autem faciens numeret. Plura enim sunt singularibus sensibilibus ut est dicere species, de quibus querentes causas extra hinc processerunt. Secundum unumquodque enim est equivocum et preter substantias. Aliorum quoque unum est in multis et in hiis et in perpetuis. Adhuc secundum quos modos ostenditur quod sunt species, secundum nullum videtur horum. Ex quibusdam quidem enim non necesse fieri sillogismum. Ex quibusdam autem et non quorum putant, horum species fiunt. Secundum rationes enim eas que ex scientiis erunt species omnium quorumcumque scientie sunt. Et secundum unum in multis et negationum. Secundum intelligere autem aliquid corrupti corruptibilium. Fantasma enim aliquod eius est quod est. Adhuc hee

autem certissime rationum. Hee quidem eorum que ad aliquid faciunt ydeas, quorum non aiunt esse per se genus. Hee autem tertium hominem dicunt. Totaliter autem interimunt que de speciebus rationes que magis volunt esse dicentes species ydeas esse. Accidit enim non esse primo dualitatem sed numerum, et hoc quod ad aliquid et hoc quod per se. Et omnia quecumque quidam sequentes eas que de speciebus oppiniones obviaverunt principiis. Adhuc secundum quidem suspitionem secundum quam aiunt esse ydeas, erunt species aliorumque multorum. Intellectus enim unus non solum circa substantias sed et de non substantiis est, et scientie non solum substantie erunt. Accidunt autem et talia milia alia. Secundum necesse autem et opiniones que de ipsis sicut participabiles species substantiarum necesse ydeas esse solum. Non enim secundum accidens participantur, sed oportet hic unamquamque participare in quantum non de subiecto dicitur. Dico autem puta siquid ipso duplo participat, hoc et perpetuo participat, sed secundum accidens. Accidit enim duplo perpetuum esse. Quare erunt substantia species. Hec autem hic substantiam significant et ibi. Aut quid erit dicere esse aliquid preter hec unum in multis? Et si quidem eadem species ydearum et participantium, erit aliquid commune. Quid enim magis in corruptibilibus dualitatibus et dualitatibus multis quidem perpetuis autem dualitas una et eadem, quam in ipsa et quadam? Si autem non eadem species, equivoca utique erunt. Et simile sicut utique si quis vocet hominem calliam et lignum, nullam communitatem inspiciens ipsorum. Si autem talia quidem communes rationes ponamus speciebus, puta ad

circulum figuram planum et reliquas partes rationis, quid autem cuius est apponetur considerare oportet ne vanum sit. Huic enim cui est apponetur? medio aut plano aut omnibus? Omnia enim que in substantia ypotheses, puta animal et bipes. Adhuc palam quia necesse ipsum aliquid quemadmodum circulum planum unum quoddam aut omnibus inesse speciebus ut genus. Omnium autem maxime dubitabit utique aliquis quid conferunt species aut sempiternis sensibilium aut hiis que fiunt et corrumpuntur. Nec enim est motus nec permutationis nulli sunt cause ipsis. At vero nec ad scientiam nichil auxiliantur eam que aliorum. Nec enim est substantia ille horum. In hiis enim utique essent. Nec ad esse non inexistentes participantibus. Sic quidem enim forte cause videbuntur utique esse, ut album mixtum ei quod album. Sed iste quidem sermo valde debilis, quem Anaxagoras quidem prior, Eudoxus autem posterius dicebat dubitans et alii quidam. Facile enim multa colligere et impossibilia ad talem opinionem. At vero nec ex speciebus sunt alia nullum modum dictorum dici. Dicere autem exemplaria esse et participare ipsis alia vaniloquium est et metaphoras poeticas dicere. Quid enim est quod operatum ad ydeas respiciens? Contingit quoque et esse et fieri quodcumque et non assimilatum. Quare et ente Socrate et non ente fiet utique qualis Socrates. Similiter autem palam quia et utique erit Socrates perpetuus. Erunt quoque plura exemplaria eiusdem, quare et species, puta hominis animal et bipes. Simul autem et autoanthropos. Adhuc non solum sensibilium exemplaria species, sed et ipsarum, puta genus ut generis specierum. Quare idem erit exemplar et ymago. Adhuc videbitur utique impossibile seorsum esse substantiam et cuius substantia. Quare quomodo utique idee substantie rerum existentes seorsum erunt? In Fedone autem sic dicitur quomodo et essendi et fiendi cause species sunt. Quamvis speciebus existentibus, non tamen fit si non sit movens, et multa fiunt alia, puta domus et anulus, quorum non aiunt esse species. Quare palam quia contingit et alia quorum aiunt ideas esse, et esse et fieri propter tales causas quales et dictas nunc, sed non propter species. Sed de ydeis quidem et hoc modo et per magis logicas et per magis certas rationes est multa colligere similia consideratis.

Quoniam autem determinatum est de hiis, quoniam habet unum speculari circa numeros accidentia dicentibus ipsos esse substantias separatas et entium causas primas, necesse autem si quidem est natura quedam numerus et non alia aliqua est ipsius substantia sed hoc ipsum sicut aiunt quidam, aut esse primum quid ad ipsum et habitum alterum specie unumquemque. Et hoc aut in unitatibus confestim existit et est incomparabilis quecumque unitas cuicumque unitati, aut consequenter omnes et comparabiles quecumque quibuscumque, quale dicunt esse mathematicum numerum. In mathematico enim nichil differt nulla unitas altera ab altera. Aut has quidem comparabiles, has autem non, puta si est post unum prima dualitas, deinde trinitas, et sic utique alius numerus. Sunt autem comparabiles que in unoquoque numero unitates, puta que in dualitate prima ipsis, et que in trinitate prima ipsis, et sic utique in aliis numeris.

Que autem in dualitate ipsa ad eas que
in trinitate ipsa: incomferibiles. Similiter autem
et in aliis que consequenter numeris. Quemadmodum mathematicus
quidem numerat post unum: duo, cum antiore
uno alio uno, et tria cum duobus hiis a-
lio uno, et reliquos autem eodem modo. Hic autem
post unum duo altera sine uno primo. Et
trinitas sine dualitate. Similiter autem et in aliis
numeris. Aut hunc quidem esse numerorum: qualis qui
primus dictus est. Hunc autem: qualem ma-
thematici dicunt. Tertium autem: dictum ultimo.

Adhuc hos autem separabiles esse numeros a
rebus. aut non separabiles sed in sensibilibus.
non sic autem ut prius perscrutabamur sed ut ex
numeris inexistentibus entia sensibilia. aut hunc
quidem ipsorum esse: hunc autem non. aut omnes
esse. Modi quidem igitur secundum quos contingit ipsos esse:
hii sunt ex necessitate soli. Fere autem qui di-
centes unum: principium esse et substantiam et elementum
omnium. et ex hoc et alio aliquo esse numerum: u-
numquemque horum aliquem modorum dixit. preter id quod
omnes unitates incomferibiles. Et hoc acci-
dit rationabiliter. Non enim contingit adhuc a-
lium modum esse preter dictos. Hii quidem igitur
ambos aiunt esse numeros. habentem quidem quod prius
et posterius: ydeas. mathematicum autem preter yde-
as et sensibilia. et separabiles utrosque a sensibi-
libus. Hii autem mathematicum solum numerum esse pri-
mum entium separatum a sensibilibus. Et pitha-
gorici autem unum mathematicum. verumptamen non
separatum sed ex hoc sensibiles substantias constare
aiunt. Totum enim celum constituunt ex numeris
sed non monadicis. Sed unitates existimant
habere magnitudinem. Qualiter autem primum
unum constitit habens magnitudinem: dubita-
re videntur. Alius autem aliquis primum numerum eorum qui
specierum unum esse. Quidam autem et mathematicum:
eundem hunc esse. Similiter autem et circa longi-
tudines et circa plana et circa solida. Hii
quidem enim alia que mathematica et que post ydeas. a-
liter autem dicentium: hii quidem que mathematica
et mathematice dicunt. quicumque non faciunt yde-
as numeros neque esse aiunt ydeas. hii autem ma-
thematica non mathematice autem. Non enim incidi-
tur magnitudine omnem in magnitudi-
nes. neque quaslibet unitates dualitatem
esse. Monadicos autem numeros esse omnes ponunt
exceptis pithagoricis: quicumque unum e-
lementum et principium aiunt esse entium. Illi autem ha-
bentes magnitudinem quemadmodum dictum est
prius. Quot modis quidem igitur contingit di-
ci de ipsis et quoniam omnes sunt dicti modi: ma-
nifestum ex hiis. Sunt autem omnia quidem im-
possibilia. Magis autem forte altera aliis.

Primo quidem igitur considerandum si comferi-
biles unitates aut incomferibiles.
Et si incomferibiles: qualiter sicut divisimus.
Est quidem enim quamcumque esse cuicumque unitati in-
comferibilem. Est autem eas que in ipsa dua-
litate ad eas que in ipsa trinitate. et sic uni-
uscuiusque incomferibiles esse eas que in unoquoque primo
numero ad invicem. Si quidem igitur omnes comferibiles
et indifferentes unitates: mathematicus fit
numerus et unus solus. et ydeas non contingit esse
numeros. Qualis enim numerus erit autoanthropos.
aut animal aut aliud quodcumque specierum. Ydea quidem
est: una uniuscuiusque. puta autoanthro-
pi una et ipsius animalis alia una. Similes
autem et indifferentes: infiniti. Quare nichil
magis hec trinitas ipse homo. aut quecumque. Si
autem non sunt numeri ydee: neque totaliter possi-
bile est ipsas esse. Ex quibus enim erunt principiis

prius et posterius. Nunc est et ex uno et dualitate indeterminata et principium et elementum dicunt numerum esse. Ordinare quidem in priores congeneres ipsas: et posteriores. Si autem inconferibiles unitates et sic inconferibiles ut dictum est a quibusdam: nec mathematicum contingit esse hunc numerum. Mathematicus enim ex indifferentibus. Et ostensa ad ipsum ipsa: ut intellectum congruunt. Nec eum qui specierum. Non enim erit dualitas prima ex uno et indeterminata dualitate. deinde consequenter numeri. ut dicitur dualitas. trinitas. quaternitas. Simul enim que in prima dualitate unitates generantur sive sicut primus dicens ex inequalibus equalibus factis fiebant sive aliter. Postea si erit altera unitas altera prior: et dualitate que ex hiis erit prior. Cum enim fuit aliquid hoc quidem prius hoc autem posterius: et quod ex hiis: erit hoc quidem prius. hoc autem posterius. Adhuc quoniam est primum quod ipsum unum: deinde in aliorum est aliquod primum unum. secundum autem post illud. et iterum tertium. secundum enim quod post secundum. tertium autem post primum unum. Quare priores utique erunt unitates quam numeri ex quibus copulantur. puta in dualitate: tertia unitas erit antequam tria esse. Et in trinitate: quarta. et quinta ante numeros hos. Nullus quidem igitur ipsorum hoc modo dixit: unitates inconferibiles. Est autem secundum illorum quod principia: rationabile et sic. Secundum veritatem tamen impossibile. Unitates enim priores et posteriores esse: rationabile: si aliquid et prima aliqua est unitas et unum primum. Similiter autem et dualitates: si aliquid et dualitas prima est. post primum enim rationabile et necessarium secundum aliquod esse. et si secundum: tertium. et sic utique alia consequenter. Simul autem ambo dicere. unitatem quidem post unum primam esse et secundam. et dualitatem primam: impossibile. Hii autem faciunt unitatem quidem et unum primum. Secundum autem et tertium non adhuc. et dualitatem primam. Secundam autem et tertiam: non adhuc. Palam autem et quia non contingit si inconferibiles omnes unitates dualitatem esse ipsam et trinitatem. et sic alios numeros. Sive enim sint indifferentes unitates sive differentes unaqueque ab unaqueque: necesse numerari numerum secundum appositionem. puta dualitatem ad unum alio uno apposito. et trinitatem alio uno cum duobus apposito. et quaternitatem eodem modo. Hiis autem existentibus: impossibile generationem esse numerorum ut generant: ex dualitate et uno. Pars enim fit dualitas trinitatis. et hec quaternitatis. eodem autem modo accidit et in habitis. Sed ex dualitate prima et indeterminata dualitate fiebat quaternitas. due dualitates preter ipsam dualitatem. Si autem non pars erit ipsa dualitas. altera autem aderit una dualitas: et dualitas erit ex uno ipso et alio uno. Si autem hoc: non possibile esse alterum elementum dualitatem indeterminatam. unitatem enim unam generat sed non dualitatem determinatam. Adhuc preter ipsam trinitatem et ipsam dualitatem: quomodo erunt alie trinitates et dualitates. et quomodo ex prioribus unitatibus et posterioribus componuntur. Omnia enim hec sunt ficticia. et impossibile esse primam dualitatem sive ipsam trinitatem. Necesse autem quoniam quidem erit unum et indeterminata dualitas elementa. Si autem impossibilia accidentia: et principia esse hec impossibile. Siquidem igitur differentes unitates quelibet a quibuslibet: hec et talia alia accidunt ex necessitate. Si autem que quidem in alio differentes. que autem in eodem numero indifferentes invicem sole. et sic in nullo minora

tres accidunt difficultates. Ut puta est in denario ipso illas decem unitates. Componitur autem ex hiis et ex duobus quinariis. Quoniam autem non quicumque numerus ipse denarius, neque componitur ex quibuscumque quinariis sicut neque ex unitatibus, necesse differre unitates in denario hoc. Si enim non differunt, neque quinarii different ex quibus est denarius. Quoniam autem differunt, et unitates different. Si autem differunt, utrum non inerunt quinarii alii sed solum hii duo, aut erunt? Sive itaque non inerunt, inconveniens; sive inerunt, qualis erit denarius ex illis? non est enim alter denarius in denario preter ipsum. At vero et necesse non ex quibuscumque dualitatibus quaternitatem componi. Est enim indeterminata dualitas, ut aiunt, accipiens determinatam dualitatem duas dualitates facit. Susceptiva enim erat duorum factiva. Adhuc esse preter duas unitates dualitatem naturam quandam, et trinitatem preter tres unitates, quomodo contingit? Aut enim participabit alterum altero, quemadmodum albus homo preter album et hominem; participat enim hiis. Aut quando erit alterius alterum differentia quedam, sicut homo preter animal et bipes. Adhuc hec quidem tactu sunt unum, hec autem mixtione, hec autem positione; quorum nullum contingit inesse unitatibus ex quibus dualitas et trinitas. Sed quemadmodum duo homines non unum aliquid preter duos, sic necesse et dualitates. Et non quia indivisibiles different propter hoc; et enim puncta indivisibilia, sed tamen preter duo nichil alterum dualitas ipsorum. At vero neque hoc oportet latere, quia accidit priores et posteriores esse dualitates. Similiter autem et alios numeros. Que quidem enim in quaternitate dualitates sint invicem simul; sed hee que in octonario priores sunt, et genuerunt quemadmodum dualitas has, hee ipsas quaternitates que in octonario ipso. Quare si et prima dualitas idea, et hee idee quedam erunt. Eadem autem ratio et in unitatibus. Que enim in dualitate prima unitates generant ipsas quatuor que in quaternitate. Quare omnes unitates idee fiunt et componetur idea ex ideis. Quare palam quia et illa quorum idee hee contingunt composita erunt. Velut si animalia dicat quis componi, si horum ex aliis idee sunt. Totaliter autem facere unitates differentes qualitercumque inconveniens et fictitium. Dico autem fictitium ad suppositionem coactum. Neque enim secundum quantum neque secundum quale videmus differentem unitatem ab unitate. Necessarium autem aut equalem aut inequalem esse numerum, omnem quidem, maxime monadicum. Quare si neque amplior neque minor, equalis. Equalia autem et totaliter indifferentia eadem putamus in numeris. Si autem non, neque que in denario dualitates indifferentes erunt equales existentes. Quam enim causam habebit dicens differentes esse? Adhuc si omnis unitas et unitas alia duo, que autem ex dualitate ipsa unitas et que ex trinitate ipsa dualitas erit ex differentibus, et utrum prior trinitate aut posterior? Magis enim videtur priorem necessarium esse; hoc quidem enim simul trinitati, hoc autem simul dualitati unitatum. Et nos quidem existimamus omnino unum et unum, et si sit equalia aut inequalia, duo esse, ut bonum et malum, et hominem et equum. Sic autem dicentes neque unitates. Si quidem non est amplior numerus qui trinitatis ipsius quam qui

dualitatis: mirabile. Sine ẽ ampli
or: palam quia equalis fuit ẽ dualitati.
Q̃r iste indifferẽs ipi dualitati. Sed nõ
contingit si prius aliquid ẽ nũc ꝛ simul.
nec erit ydee num̃. Hoc ipm quod ẽ
recte dicit: qui differentes unitates
significat esse. siquidem ydee erũt quẽ
admodum dictũ ẽ prius. Una ẽ: spẽs. Uni
tates aũt siue indifferentes: ꝛ dualitates
ꝛ trinitates erũt indifferentes. Propter quod ꝛ nu
merari sic unũ duo: nõ assumpto ẽu
existente: necessũ ipis dicere. nec ẽ gñatio ẽt:
ex determinata dualitate. nec ydeã contin
git esse. inerit ẽ altã ydea ĩ altã. ꝛ oẽs
spẽs unius partes. Propter quod nõ ad suppõnẽ quod
recte dicit. Omnino aũt nõ recte. Multa
ẽ interimũt. Quem ꝛ hoc ipm habẽ quandã
dicent dubitatione. Utrũ quia numeram̃ et
dicimus unũ duo ĩa. assumentes numeram̃.
aut sm partes. facim̃ aũt utroq; modo.
Propter quod ridiculum hac in tantã suẽe volu
cere distãm. Primũ aũt bñ habẽ
determinare q̃ num̃ differẽ. ꝛ unitas si
ẽ. Necẽ aũt aut sm quantũ aut sm q̃le
differre. horum aũt neutrũ videt contin
gẽ existẽs. Sed inquantũ numerus: sm quantitatem. Si aũt
ꝛ unitates quantitate differrent: ꝛ num̃s nũs
a num̃o differret. qui equalis pluralitate
unitatũ. Adhuc utrũ q̃ prime ma
iores aut minores ꝛ posteriores crescũt. Et
omnia hec irrationabilia. At vero
nec sm quale differre contingit. nullã
ẽm ipis possibile existe passionẽ. Et
ẽm num̃s aũt existẽ quale posterius q̃
to. Adhuc nec utiq; ab uno hec fiũt scẽt
nec utiq; a dualitate. Hoc quod ẽ non

quale. hoc aũt: quantũ quale. causa dici
ẽ multa. cuiam causa ipis nã. Si g̃
hẽt aliqualiter aliter: dicendũ in principio
maxime hoc ꝛ determinandum de unitatis dif
ferentia. Maxime quod: ꝛ quia necẽ exi
stere. Si aũt nõ: que dicit.
Quod quod g̃ siquidem sũt num̃ ydee:
nec combinabiles unitates omnes cõ
tingit esse manifestum. nec incombinabiles invicẽ
neutro modo. At vero nec ut ali
quidã dicũt de numeris. dicitur bñ. Sũt
aũt hii quicumq; ydeas quidem nõ putãt
esse nec simpliciter nec ut num̃os aliquos existentes.
Mathematica aũt esse ꝛ num̃os primos entiũ.
ꝛ principiũ ipsorum esse ipm unũ. Inconve
niens enim unũ quod esse ad primũ unorum
ut illi aiũt. dualitatem aũt dualitatum:
nõ. nec trinitatem: trinitatum. Eius ẽ ẽ ratio
omnia sũt. Si igitur g̃ sic habẽt q̃ circa num̃.
ꝛ ponet quis esse mathematicũ solũ: nõ ẽ
unũ principium. Necẽ ẽ differre unũ tale:
ab aliis unitatibus. Si aũt hoc: ꝛ dua
litatẽ quandã primã a dualitatibus. Similiter
aũt ꝛ alios num̃os qui consequenter. Si aũt
ẽ unũ principium: necẽ magis q̃admodum
plato dicebat habẽ q̃ circa num̃os. ꝛ esse du
alitatẽ primã ꝛ trinitatẽ. ꝛ nõ conferi
biles esse num̃os ad invicẽ. Si aũt iterum
aliquis ponat hec: dictũ ẽ quia impossibilia
multa accidũt. At vero necẽ aut sic
aut illo mõ habere. Quare si neutro mõ:
nõ utiq; contingeret num̃ esse separabile.
Manifestum aũt ex his ꝛ quia pessime dic
tus modus. esse eũdẽ num̃m eũ qui
specierum ꝛ mathematicum. Necẽ ẽ in una opi
nione quecumque duo peccata. Nec ẽ mathe

numerus consequitur hoc esse modo. quascumque suppositiones
supponentem necesse prolongare.
Et quae ex indivisibilibus numerum ut species accidit:
et huiusmodi numerum dicere.
Pythagoricorum autem modus sic quidem
minores habet difficultates prius dic-
tis. sic autem proprias alias. Facere quidem enim
est non separabilem numerum: aufert multa im-
possibilia. Corpora autem ex numeris esse com-
posita et numerum hunc esse mathematicum: impos-
sibile est. Neque enim indivisibiles magnitu-
dines dicere: verum. Si vero maxime haec
habent modo. non unitates magnitudinem habent.
magnitudinem autem ex indivisibilibus compo-
sitam quomodo possibile. At vero arismeticus quidem
numerus: monadicus est. Illi autem numerum entia
dicunt. theoremata enim adaptant corporibus
tamquam ex illis existentibus numeris. Si igitur necesse
quod si est numerus entium aliquid per se. horum esse
aliquem dictorum modorum. nullo autem horum contingere:
manifestum quod non est numeri aliqua talis natura qualem
construunt separatum facientes ipsum. Adhuc
utrum unaquaeque unitas ex magno et par-
vo aequatis est. aut haec quidem ex parvo. haec autem
ex magno. Si quidem itaque sic: neque ex
omnibus erit unumquodque. neque indifferentes uni-
tates. In hac quidem est magnum. in hac
autem parvum existit, contrarium natura ens.
Adhuc quae quidem in trinitate ipsa quomodo. Una
est impar. Sed propter hoc forte ipsum unum faciunt
in impari medium. Si autem utraque unita-
tum ex ambobus est aequatis: dualitas quomodo
erit una, quaedam existens natura ex magno et
parvo. aut quid differet ab unitate. Ad-
huc prior unitas dualitate. interempta enim
interimitur dualitas. ydeam ergo ydeae necesse
ipsam esse. priorem existentem ydea. et factam
esse prius. Ex aliquo ergo. Indeterminata enim
dualitas: duo factiva erat. Adhuc
necesse aut infinitum numerum esse. aut fi-
nitum. Separabilem enim faciunt numerum. Quare
non possibile non existere neutrum horum alterum.
Quod quidem ergo infinitum non contingit: pa-
lam. Neque enim impar infinitus est neque par.
Generatio autem numerorum aut imparis numeri aut
paris semper est. Sic quidem uno in parem ca-
dente: impar. Sic autem dualitate quidem
incidente: qui ab uno duplicatus. Sic
autem imparibus: alius par. Adhuc si omnis
ydea alicuius. numeri autem ydeae: et infinitus
erit ydea alicuius. aut sensibilium. aut alicuius
alterius. Quamvis neque secundum positionem contingit. neque secundum
rationem. ordinant autem sic ydeas. Si autem
finitus: usque quantum. Hoc enim oportet dici. non solum
quia. sed et propter quid. At vero si usque ad de-
narium numerus, sicut quidam aiunt. primo quidem
cito deficient species. puta si est trinitas ip-
se homo. quis erit numerus ipse equus. ipse enim unus
quisque est numerus usque ad denarium. Necesse itaque
quendam eorum qui in his numeris esse. Sub-
stantiae enim et ydeae hii. Sed tamen deficient. alterius
enim species excedent. Simul autem palam quia
si sic trinitas ipse homo: et aliae trinitates.
Similes enim quae in eisdem numeris. Quare infini-
ti erunt homines. Si quidem ydea unaquaeque trini-
tas: ipse unusquisque homo. Si autem non: sed
homines. Et si pars qui minor maioris. qui
ex compositis unitatibus earum quae in eodem
numero. Si autem quaternitas haec ydea alicuius est.
puta equi aut albi. homo erit pars equi. si dualitas
homo. Inconveniens autem et denarii
quidem esse ydeam. undenarii autem non. neque se-

cunctum numerorum. Adhuc autem et sunt
et fuerunt quaedam et quorum species non sunt. Quare
propter quid non et illorum species sunt? Non ergo causae
species sunt. Adhuc inconveniens si numerus quidem
usque ad denarium magis quidem unum et species
ipse denarius, quamvis huius quidem non est generatio
ut unius, huius autem est. Temptant autem tamquam
eo qui usque ad denarium perfecto existente nu
mero. Generant igitur consequentia, puta vacuum,
analogiam, imparem, aliaque talia infra dena
rium. Haec quidem enim principiis assignant, pu
ta motum, stationem, bonum, malum; alia
autem numeris. Propter quod unum: impar. Si enim
in trinitate, quomodo quinarius impar? Adhuc
magnitudines et quaecumque talia usque
quantum, puta prima linea individuabilis. Deinde
in dualitas, deinde et ista usque ad denari
um. Adhuc si est separabilis numerus, dubita
bit utique aliquis utrum prius unum aut trinitas
et dualitas. In quantum quidem itaque compositus numerus,
unum; in quantum autem universale prius et species, numerus;
unaquaeque enim est unitatum: ut pars numeri ut materia. Et
est quidem ut rectus prior acuto, quia determinatus
est et ratione. Est autem ut acutus, quia pars, et
in hunc dividitur. Ut materia quidem itaque acu
tus et elementum et unitas prius. Ut autem secundum speciem
et substantiam eam quae secundum rationem, rectus et totum quod
ex materia et specie: propinquius enim species et cuius ratio, quam
acuto. Generatione autem posterius. Quomodo ergo prin
cipium unum? Quia non divisibile. Aut sic indivisibi
le et universale et pars et elementum. Sed modo alio, hoc quidem
ratione, hoc autem tempore. Qualiter ergo unum principi
um? Sicut enim dictum est, et rectus acuto et hic
illo videtur prior esse, et utrumque unum. Utroque itaque
modo faciunt unum principium. Est autem impossibi
le. Hoc quidem enim ut species et substantia, hoc autem ut pars ut
materia. Est enim aliqualiter unum utrumque: secundum veritatem
quidem potentia. Siquidem numerus unum aliquid et non ut acervus,
sed alius ex aliis unitatibus, sicut aiunt; actualiter
non est unitas utraque. Causa autem accidentis peccati quia
simul ex mathematicis venabantur et ex rationibus universalibus.
Quare ex illis quidem ut punctum unum et principium posu
erunt. Unitas enim punctus sine positione est. Quem
admodum igitur et alii quidam ex minimo entia con
posuerunt, et isti. Quare fit unitas materia numerorum,
et simul prior dualitate. Iterum autem posterior tam
quam toto quodam et uno et specie dualitate ex
istente. Propter universale autem quaerentes, quod praedicatum unum
et sic ut partem dixerunt. Haec autem simul eidem impos
sibile existere. Si autem unum ipsum oportet solum
sine positione esse, nullo enim differt aut quia prin
cipium, et dualitas quidem divisibilis, unitas autem
non, similior utique erit ipsi uno unitas.
Si autem unitas, et unum unitati aut dua
litati. Quare prior utique erit utraque unitas quam
dualitate. Dualitate non autem aiunt. Generant
ergo dualitatem primo. Adhuc si est dualitas
unum aliquid, et trinitas ipsa, ambo dualitas.
Ex quo ergo haec dualitas? Dubitabit autem utique
aliquis et quoniam tactus quidem non est in numeris, quae autem
consequenter, quaecumque non est intermedium unitatum, puta
earum quae in dualitate aut trinitate, utrum
consequenter esse ipsi aut non. Et utrum dualitas
prior hiis quae consequenter aut unitatum aliqua.
Similiter autem et de posterioribus generibus numeri acci
dunt difficultates, lineaeque et plano et
corpore. Hii quidem enim ex speciebus magni et
parvi faciunt, puta ex longo quidem et brevi
longitudines, ex lato autem et stricto plana,
ex profundo autem et humili moles. Haec autem sunt
species magni et parvi. Id autem quod secundum unum principium
alii aliter ponunt talium. Et in hiis autem my

ria apparent et impossibilia et ficticia et contraria omnibus rationabilibus. Absoluta enim ab invicem accidunt si non consequuntur et principia, ut sit latum et strictum et longum et breve. Si autem hoc, erit planum linea et solidum planum. Adhuc autem anguli et figure et talia quomodo assignabuntur? Idemque accidit hiis que circa numerum. Hec enim passiones magnitudinis sunt, sed non ex hiis magnitudo, quemadmodum neque ex recto et flexo longitudo, neque ex plano et aspero solida. Omnium autem commune horum quod et circa species generum accidit dubitare, cum quis ponit universalia, utrum animal ipsum in animali aut alterum ab ipso animali. Hoc enim non separabili quidem existente nullam faciet dubitationem. Separabili autem sicut hec dicentes unum et numeros, non facile solvere, si non facile oportet dicere quod impossibile. Cum enim intellexerit quis in dualitate unum et totaliter in numero, utrum ipsum intelligit aliquid aut alterum? Hii quidem igitur magnitudines generant ex tali materia. Alii autem ex puncto. Punctum autem ipsis videtur esse non unum sed velud unum, et alia materia qualis multitudo, sed non multitudine. De quibus nichil minus autem eadem dubitare. Siquidem enim una materia, idem linea et planum et solidum. Ex eisdem enim idem et unum erit. Si autem plures materie, et alia quidem linee, et alia autem plani et alia solidi, aut sequuntur invicem aut non. Quare eadem accident et sic. Aut enim non habebit planum lineam, aut erit linea. Adhuc quomodo contingit esse ex uno et multitudi-

ne numerum, nichil pertractant. Qualitercumque autem dicunt, hec accidunt difficilia que quidem et hiis qui ex uno et dualitate indeterminata. Hic quidem enim ex predicato universaliter generat numerum et non aliqua multitudine. Hic autem ex aliqua multitudine, prima autem dualitate enim prima quadam esse multitudine. Quare differt nichil ut est dicere, sed dubitationes he eedem sequuntur, mixtura aut positio aut generatio et quecumque alia talia. Maxime autem utique quis inquiret si una unaquaque unitas, ex quo est. Non enim est utique ipsum unum unaquaque. Necesse autem aut ex uno ipso esse et multitudine, aut parte multitudinis. Multitudinem quidem igitur aliquam esse dicere unitatem impossibile, indivisibilem existentem. Quod autem ex parte, alias habet multas difficultates. Indivisibilem enim unamquamque necessarium esse partium, aut multitudinem esse et unitatem divisibilem, et non elementum esse unum et multitudinem. Unitas enim unaquaque non ex multitudine et uno. Adhuc nichil aliud facit qui hoc dicit nisi numerum alterum. Multitudo enim indivisibilium est numerus. Adhuc quesitum et sic dicentibus, utrum infinitus numerus aut finitus. Existit enim, ut videtur, et finita multitudo, ex qua finite unitates et uno. Est quoque alterum ipsa multitudo et multitudo finita. Qualis igitur multitudo elementum est et unum? Similiter autem et de puncto utique quis querret et elemento ex quo faciunt magnitudines. Non enim est unum solum punctum hoc. Aliorum igitur punctorum unumquodque ex quo? Non enim est ex distantia aliqua et ipso puncto. At vero neque partes indivisibiles con-

tingit diuisioni esse preter quam
ad modum multitudinis ex quibus u
nitates. Nunc quidem ex hiis dictum
similiter contingit magnitudines autem
non. Omnia itaque hec et alia talia palam
faciunt quod impossibile esse numerum et
magnitudines separabiles. Adhuc autem
dissonare modos de numeris signum
quia res ille non existentes uere. Ex hiis
libet existimationem ponentibus. Hii mathematica
quod est solum facientes preter sensibilia. Vi
dentes enim quod circa species difficultatem et
fictionem: destiterunt ab ydealico numero.
et mathematicum fecerunt. Hii autem species uo
lentes simul et numeros facere. non uidentes autem
si principia quis hec ponat quomodo erit mathematicus
numerus preter ydealem eundem ydealem et ma
thematicum fecerunt numerum ratione. quoniam oportet
quod interemptus est mathematicus. propriis enim est et
non mathematicas suppositiones dicunt. Primus
autem ponens species esse et numeros species et
mathematica esse rationabiliter separauit. Quare
omnes accidit secundum aliquid quod dicere recte. tota
liter autem non recte. Et ipsi autem confitentur
esse non eadem dicentes sed contraria. Causa autem
quod suppositiones et principia falsa. Difficile autem
ex non bene habitis dicere bene secundum Epicharmum.
profecto enim quidem dictum est et consequenter uidetur
non bene habens. Sed de numeris quidem sufficiant
dicta dubitata et determinata. Magis enim
ex pluribus utique adhuc persuadebitur quis per
suasus. ad persuadendum autem non persuasus
nichil magis. De primis autem principiis et
primis causis et elementis. quecumque quidem dicunt
de sola sensibili substantia determinantes hec quidem
in physicis que de natura dicta sunt. hec autem non sunt

methodi eius que nunc. Quecumque autem
dicunt esse preter sensibiles alias substantias
consequens est speculari dictis.
Quoniam igitur dicunt quidam tales esse ydeas
et numeros. et harum elementa entium esse
elementa et principia: considerandum de hiis quod dicunt
et qualiter dicunt. Qui uero quidem numeros fa
ciunt solum et hos mathematicos: posterius
considerandum. Dicentium autem ydeas simul et
modum speculetur utique quis: et dubitationem eam
que de ipsis. Simul enim uniuersales et ut substantias
faciunt ydeas. et iterum tamquam separabiles
et singularium. Hec autem quod non contingunt
dubitatum est prius. Causa autem co
pulare hec in idem dicentibus ydeas uniuersales
quod sensibilibus non easdem substantias faci
ebant. Que quidem igitur in sensibilibus singu
laria fluere putabant et manere nullum
ipsorum. Vniuersale autem preter hec esse et alterum ali
quid esse. Hoc autem sicut in prioribus diximus
mouit quod Socrates per diffinitiones.
non tamen separauit quod a singularibus. Et
hoc recte intellexit non separans. Mani
festat autem ex operibus. Sine enim uniuersali quod
est non est scientiam accipere. Separare autem
causa accidentium difficultatum circa ydeas
est. Hii autem tamquam necessarium siquidem erunt
aliqua substantie preter sensibiles et fluentes:
separabiles esse. Alias quidem non habebant.
has autem uniuersaliter dictas protulerunt. Vt
accidat fere easdem naturas esse uniuersales et
singulares. Hec quidem igitur ipsa per se [illegible]
erit quedam utique difficultas dictorum.
Quid autem et dicentibus ydeas habet quandam du
bitationem et non dicentibus. et que in principio in du
bitationibus dictum est prius. dicamus nunc.

Si quis enim non ponat substantias esse separatas et hoc modo ut dicuntur singularia entium: auferet substantiam ut volumus dicere. Si quis autem ponat substantias separabiles: quomodo ponet elementa et principia horum ipsarum. Si quidem enim singularia et non universalia: tot erunt entia quot quidem elementa, et non scibilia elementa. Sint enim que quidem in voce sillabe substantie: elementa autem ipsarum elementa substantiarum. Necesse itaque ba unum esse et unam quamque sillabam unam, siquidem non universaliter et specie hee eedem, sed una unaquaque numero et hoc aliquid et non equivocum. Adhuc autem ipsum est unum unumquodque ponunt. Si autem sillabe: sic et ex quibus sunt. Non erunt igitur plura a uno tantum aliorum elementorum nullum per eandem rationem per quam nec aliarum sillabarum eadem alia et alia. At vero si hoc: non erunt preter elementa alia entia sed solum elementa. Adhuc autem nec scibilia elementa. Non enim universalia. Scientia autem universalium. Palam autem ex demonstrationibus et diffinitionibus. Non enim fit syllogismus quod hic triangulus duobus rectis si non omnis triangulus duobus rectis, neque hic homo animal si non omnis homo animal. At vero si universalia principia: aut et ex hiis substantie universales erunt non substantia prius substantia. Universale enim quod est non substantia. Elementum autem et principium universale. Prius autem elementum et principium: quorum principium et elementum est. Hec itaque omnia accidunt rationabiliter: cum ex elementis faciant ydeas et preter habentes auto eidos substantias et ydeas unum aliquid dignum esse separatum. Si autem nichil prohibet sicut in vocis elementis multa esse a et a et b et nichil esse preter multa auto a et auto beta: erunt igitur hoc infinite similes sillabe. Scientiam autem esse universale omnem, ut necesse sit entium principia universalia esse et non substantias separatas: habet quidem maxime dubitationem dictorum. Quin immo est quod ut unum quidem dicitur, est autem ut non unum. Scientia enim est sicut et scire duplex, quorum hoc quidem potentia hoc autem actu. Que quidem igitur potentia ut materia universalis existens et indeterminata universalium et indeterminati est. Que autem actu determinata determinati hoc aliquid existens huius alicuius. Sed per accidens visus universalem colorem videt quia hic color quem videt color est. Et quod speculatur grammaticus hoc alpha alpha. Quoniam si necesse principia universalia esse: necesse et que ex hiis universalia, quemadmodum in demonstrationibus. Et si autem hoc: non erit separabile nullum neque substantia. Sed et palam quia est quod ut scientia universalis, est autem ut non. Liber XIIII.

De substantia quidem igitur hac dicta sint tanta. Omnes autem faciunt principia contraria sicut in physicis et circa immobiles substantias similiter. Si autem omnium principio non contingit prius aliquid esse: impossibile utique erit principium aliud aliquid existens principium esse, puta si quis dicat album principium esse non in quantum aliud sed in quantum album, esse tamen de subiecto et alterum aliquid existens album esse: illud enim prius erit. At vero fiunt omnia ex contrariis ut subiecto aliquo. Necesse igitur maxime contrariis hoc existere. Semper ergo omnia contraria in subiecto et nichil separabile. Sed sicut et videtur nichil substantie contrarium et ratio testificatur. Nullum igitur contrariorum proprie principium omnium sed quasi alterum. Hii autem alterum contrariorum materiam faciunt, hii quidem uni autem equali inequale quasi hoc sit multitudinis naturam, hic autem multitudinem uni. Generantur enim numeri hiis quidem ex inequali dualitate magni et parvi, huic autem ex multitudine. Ab uni autem substantia ambobus. Et enim qui

inaequale et unum dicunt elementa: inaequale autem ex magno et parvo dualitatem: tamquam unum existentia inaequale et magnum et parvum dicunt, et non determinant quia ratione, numero autem non. At vero et principia quae elementa vocant non bene assignant. Hii quidem magnum et parvum dicentes cum uno tria haec elementa numerorum, duo quidem materiam, unum autem formam. Hii autem multum et paucum, quia magnum et parvum magnitudini convenientiora sunt natura. Hii autem universale magis in hiis excedens et excessum. Differt autem horum nichil ut est dicere ad quaedam accidentium, sed ad logicas solum difficultates quas observant, quia et ipsi logicas ferunt demonstrationes. Verumptamen eiusdem rationis est excedens et excessum esse principia, sed non magnum et parvum, et numerum priorem dualitate ex elementis. Universalius enim ambo magis sunt. Nunc autem hoc quidem dicunt, hoc autem non dicunt. Hii autem alterum et aliud ad unum contrarium ponunt. Hii autem multitudinem et unum. Si autem sunt quemadmodum volunt entia ex contrariis, uni autem aut nichil contrarium, aut si quid pro forte multitudo, inaequale autem aequali, et alterum eidem, et aliud ipsi, maxime quidem unum multitudini opponentes habent aliquam opinionem. At tamen nec hii sufficienter: erit enim unum paucum. Multitudo quidem enim paucitati, multum autem pauco opponitur. Unum autem quia mensura significat manifestum. Et in omni est aliquid alterum subiectum, puta in armonia diesis, in magnitudine autem digitus aut pes aut aliquid tale, in rithmis autem basis aut sillaba. Similiter autem et in gravitate pondus aliquid determinatum est. Et in omnibus autem eodem modo, in qualitatibus quidem quale aliquid, in quantitatibus autem quantum aliquid, et indivisibile mensura. Hoc ex quo sic sit. Hoc autem ad sensum, tamquam non existente aliquo uno per se substantia. Et hoc secundum rationem. Significat enim unum quia mensura multitudinis alicuius, et numerus quia multitudo mensurata et multitudo mensurarum. Propter quod et rationabiliter non est unum numerus. Nec enim mensura mensurae, sed principium et mensura et unum. Oportet autem semper idem aliquid existere omnibus mensuram, puta si equi: equos, et si homo: homines. Si autem homo et equus et deus: animal forte, et numerus horum erit animalia. Si autem homo et album et ambulans: minime quidem numerus horum, propter eidem omnia existere et uni secundum numerum. Tamen autem generum erit numerus, aut alicuius alterius talis appellationis. Qui autem inaequale ut unum aliquid, dualitatem autem indeterminatam facientes magni et parvi, longe valde ab hiis quae videntur et possibilibus dicunt. Passiones enim et haec et accidentia magis quam subiecta numeris et magnitudinibus sunt: multum et paucum numeri, et magnum et parvum magnitudinis, quemadmodum par et impar, et planum et asperum, et rectum et curvum. Adhuc autem cum isto peccato et ad aliquid necesse esse magnum et parvum et quaecumque talia. Ad aliquid autem omnium minime natura aliqua aut substantia cathegoriarum est, et posterius quale et quantum. Et passio quaedam magnitudinis ad aliquid, sicut dictum est, sed non materia, aut ad alterum et communiter genus ad aliquid et partibus ipsius et speciebus. Nichil enim est nec magnum nec parvum, nec multum nec paucum, nec totaliter ad aliquid, quod non alterum aliquid existens multum aut paucum aut magnum aut parvum aut ad aliquid est. Signum autem quia minime substantia aliqua et ens ad aliquid: ad aliquid solum non esse generationem ipsius nec corruptionem.

nec motum quemadmodum secundum quantitatem augmenta
tio et diminutio, secundum quale alteratio, secundum lo
cum latio, secundum substantiam simplex generatio et corruptio.
Si non secundum ad aliquid sine moveri est aliud quidem
maius aliud autem minus aut equale erit alterato
moto secundum quantitatem. Necesse quoque unumquodque ma
teriam esse quod potentia tale, quare et substantie. Ad aliquid
autem nec potentia nec substantia nec actu. Inconveni
ens ergo, magis autem impossibile, substantie non
substantiam facere elementum et prius; posterius enim est
omnis categorie. Adhuc autem elementa non
predicantur de illis quorum elementa. Multum autem
et paucum et seorsum et simul predicantur de numero,
et longum et breve de linea, et superficies
est et lata et stricta. Si utique et est aliqua
multitudo cuius semper quidem paucum, puta
dualitas: si enim multum, unum utique pau
cum erit, et utique multum simpliciter erit,
puta decas multum. Et siquidem non est
plus aut myria, quomodo ergo erit sic ex
pauco et multo numerus? Aut enim ambo opor
tebat predicari aut neutrum; nunc autem
alterum solum predicatur. Simpliciter autem oportet conside
rare utrum possibile perpetua ex elementis com
posita. Materiam enim habebunt; compositum enim est omne
ex elementis. Adhuc necesse nomen ex quo est,
si et semper est, et utique si fieret, ex hoc fieri.
Fit autem omne ex potentia ente hoc quod fit; non enim
utique fieret ex impossibili, nec erat. Pos
sibile autem contingit et operari et non. Et siquidem
maxime semper est numerus aut quodcumque aliud materiam
habens contingeret utique non esse, sicut et quod unam
diem habens et quod quotcumque annos. Si autem
sic et quod tantum tempus hic cuius non est finis. Non u
tique ergo erunt perpetua, siquidem non perpetuum
quod contingit non esse, quemadmodum in aliis sermo
nibus accidit pertractatum esse. Si autem est
quod dicimus nunc universaliter, quod nulla est perpetua
substantia si non sit actu, elementa autem materia substan
tie, nullius utique erunt perpetue substantie elementa ex
quibus sunt inexistentibus. Sunt autem aliqui qui dua
litatem quidem indeterminatam faciunt elementum cum uno
elementum, inequale autem accusant rationabiliter
propter accidentia impossibilia, a quibus tanta solum
remota sunt difficilia quanta propter
facere inequale et ad aliquid elementum necessaria
accidunt dicentibus. Quecumque autem sine
hac opinione, hec et illis existunt necessario,
sive ydealem numerum ex ipsis faciant sive
mathematicum. Multe quidem igitur cause eius
deviationis ad has causas. Maxime autem dubi
tare antiquitus. Videbatur enim ipsis omnia
fore unum entia, ipsum ens si non aliquis so
nat et obviaverit Parmenidis
sermoni: Non enim ne forte hec non esse non en
tes, sed necesse esse non ens ostendere quod est.
Sic enim ex ente et aliquo alio entia fo
re si multa sunt. Quamvis primo quidem si
est multipliciter, hoc quidem enim quod substantiam significat, hoc
autem quod quale, hoc autem quod quantum, et alias u
tique cathegorias. Quale ergo entia omnia
unum sunt si non ens erit? Utrum substantie
aut passiones et alia utique similiter aut omnia,
et erit unum quod hoc et quod tale et quod tantum et quod
aliquod unum aliquid significat? Sed inconveniens est,
magis autem impossibile, unam naturam quandam fa
ctam causam esse entis hoc quidem hoc esse, hoc autem
tale, hoc autem tantum, hoc autem ubi. Deinde ex quali
non ente et ente entia? Multipliciter enim et
quod non ens, quoniam et ens; et hoc quidem non
homo significat non esse hoc, hoc autem non
rectum non esse tale, hoc autem non tricubitum

non ens tantum. Ex quo igitur et ente et non en-
te multa entia. Vult enim utique mendaci-
um et hanc naturam dicere quod non ens. ex quo et
ente multa entia. propter quod et dicebatur quod oportet
mendacium aliquid supponere. quemadmodum et geo-
metre pedalem esse eam que non pedalis. Im-
possibile autem hec sic habere. Neque enim geometre
mendacium nullum supponunt. non enim in sillo-
gismo propositio. neque sic non ente entia fiunt. neque cor-
rumpuntur. Sed quoniam quod secundum casus non ens
equaliter predicamentis dicitur. preter hoc autem quod ut men-
dacium dicitur non ens. et quod secundum potentiam. ex hoc generatio
est ex non homine. potentia autem homine homo. et ex non
albo. potentia autem albo album. similiter sive unum
aliquid fiat sive multa. Videtur autem quod queritur
multa ens quod secundum substantias dicitur. numeri enim et longi-
tudines et corpora generata sunt. Inconveniens est utique
querere quidem quod multa ens quod quid est. qualia autem
aut qualia aut quanta non. Non est utique du-
alitas indeterminata causa. neque magnum et parvum
quod duos albos aut multos esse co-
lores aut humores aut figuras. Nu-
meri enim utique et hec erunt et unitates.
At vero si hec tetigissent. supervenissent
vidissent utique causam et que in illis. idem enim
proportionale causa. Ipsa enim est pretermissio
causa. Et oppositum querentes enti et uno et
ex quo et hiis entia. ad aliquid et inequale sup-
posuerunt. quod neque contrarium neque negatio illorum. una
quedam natura entium. quemadmodum et quod quid et quale. Et
querere oportebat et hoc qualiter multa que ad
aliquid sed non unum. Nunc autem queritur quod multe
unitates preter primum unum quare. Quare
autem multa inequalia preter inequale. non ad-
huc. Quamvis utuntur et dicunt magnum parvum.
multum paucum. ex quibus numerum. longum

breve ex quibus longitudo. latum strictum
ex quibus planum. altum humile ex quibus mo-
les. Et adhuc utique plures species dicunt eius quod
ad aliquid. Hiis itaque que causa essendi multa.
Necesse quidem igitur sicut dicimus supponere potentia ens unicui-
que. Hoc autem insuper communicavit qui hoc dicens
quod quid potentia hoc et substantia. non est autem per se.
quia ad aliquid. quemadmodum dixit quod quale
quod neque potentia est unum aut ens. neque negatio unius
neque entis. sed unum aliquod entium. Multo autem ma-
gis quemadmodum dictum est. si querebat qualiter multa
entia. non que in eodem predicamento querere qualiter
multe substantie aut multa qualia. sed qualiter mul-
ta entia. hec quidem enim substantie. hec autem passiones.
hec autem ad aliquid. In aliis quidem igitur predicamen-
tis habet et aliam quandam considerationem qualiter mul-
ta. propter enim non separabilia esse. eo quod subiec-
tum multa fiat et sit. qualia multa sunt et
quanta. Quamvis oportet quandam aliquam esse materiam
unicuique generi. preterquam separabile impossi-
bile a substantiis. Sed in hiis que hoc aliquid habet quandam
rationem quomodo multa quod hoc aliquid. si non aliquid
erit et hoc aliquid et natura aliqua talis. hec autem est ex
illa propter magis dubitare qualiter multe
actu substantie sed non una. At vero et si non
idem est quod hoc et quod quantum. non dicitur qualiter
et propter quod multa entia. sed qualiter quanta mul-
ta. Numerus enim omnis quantum significat. et
unitas si non mensura. et quod secundum quantum in-
divisibile. Si igitur alterum quod quantum et quod quid
est. non dicitur ex quo quod quid est. neque quomodo mul-
ta. Si autem idem. multas sustinet con-
trarietates. Firmabit autem
utique aliquis speculationem et de numeris unde
oportet accipere fidem quod sunt. Ponenti quidem enim ideas
exhibent quandam causam entibus

si quidem unusquisque numerorum ydea aliqua. ydea autem
aliis causa essendi quocumque modo. Sit enim sup
positum ipsis hoc. Non putanti autem hoc ideo
propter inexistentes difficultates circa yde
as ut propter hoc non faciat numeros. facienti autem
numerum mathematicum unde oportet credere quod est ta
lis numerus et quod aliis utilis numerus est neque aliquid di
centis ipsum esse, sed ut ipsam quandam dicit per se
naturam existentem neque videtur esse causa. theoremata enim
arismeticorum omnia et de sensibilibus existunt
quemadmodum dictum est. Ponentes quidem igitur ydeas esse
et numeros ipsas esse per expositionem uniuscuiusque preter
multa accipere unum aliquid utcumque temptant
dicere quare propter quid est. Quin immo quoniam
neque necessaria neque possibilia hec: neque numerum
propter hec esse dicendum. Pictagorici autem propter vi
dere multas numerorum passiones existentes
sensibilibus corporibus: esse quidem numeros fece
runt entia, non separabiles autem, sed ex numeris en
tia. Propter quid autem? quia passiones numerorum
armonice existunt et in celo et in multis a
liis. Mathematicum autem solum dicentibus esse nu
merum: nichil tale contingit dicere secundum suppositionem.
Sed quod non erunt ipsorum scientie dicebatur. Nos
autem dicimus esse quemadmodum diximus prius. Et pa
lam quia non sunt separata mathematica. Non
enim utique separatorum passiones existerent in
corporibus. Pytagorici quidem igitur secundum tale quidem ma
li rei sunt. Secundum autem facere ex numeris phi
sica corpora ex non habentibus gravitatem neque levitatem
habentia gravitatem et levitatem visi sunt
de alio celo dicere et corporibus, sed non de sen
sibilibus. Separabile autem facientes quia
in sensibilibus non erunt axiomata. Vera
autem que dicuntur et persuadent animam, esse quoque exi
stimant et separabilia esse. Similiter autem et ma
gnitudines mathematicas. Palam igitur quod et con
trarius sermo contraria dicet. Et qualiter modo du
bitatum est solvitur sic dicentibus, propter quid ne
quaquam in sensibilibus existentibus passiones in
sunt ipsorum in sensibilibus. Sunt autem quidam qui
ex esse terminos et extrema, punctum quidem linee
esse, hanc autem plani, hoc autem solidi, putant
esse necesse tales naturas esse. Oportet itaque et hanc
inspicere rationem, ne valde sit mollis. Neque
enim substantie sunt extrema, sed magis omnia hec termini.
Quoniam et ambulationis et totaliter motus est
aliquis. hoc igitur erit hoc aliquid et substantia quedam. Sed in
conveniens. Quin immo et si sint, sensibilium
aliquorum erunt omnia. in hiis enim ratio dicta est. Propter quid
igitur separabilia erunt? Adhuc autem inquiret
utique aliquis non valde pronus existens de numero
quidem omni et mathematicis nichil conferentibus invicem
priora posterioribus. Non existente enim numero nichil mi
nus magnitudines erunt mathematica
solum esse dicentibus, et hiis non entibus anima et
corpora sensibilia. Non videtur autem natura inconnexa
existens ex apparentibus, quemadmodum prava trago
dia. Ydeas autem ponentibus hoc quidem effu
git. facientibus enim magnitudines ex ma
teria et numero, ex dualitate quidem longitudines,
ex trinitate autem forsan plana, ex quaternita
te autem solida, aut et ex aliis numeris.
differt enim nichil. Sed hec utrum ydee
erunt, aut quis modus ipsorum, et quid confe
runt entibus? Nichil enim, sicut neque mathematica, neque
hec conferunt. At vero neque existit quidem de ipsis
aliquod theorema, si non aliquis velit move
re mathematica et facere proprias quasdam opiniones.
Est autem non difficile quascumque suppositiones
sumentes prolongare et continuare. Isti quidem igitur
sic adnectentes ydeis mathematica peccant.

primi autem duos numeros facientes, eum qui
specierum et mathematicum, aliud nequaquam nec dixe
runt nec habent utique dicere qualiter et ex quo erit
mathematicus. Faciunt enim ipsum intermedium spe
cierum et sensibilium. Si igitur est ex magno
et parvo, idem erit illi qui specierum; ex alio autem
aliquo magno et parvo, magnitudines enim
facit. Si autem alterum aliquid dicet, plura e
lementa dicet. Et si unum aliquid utriusque
principium, commune aliquid in hiis erit unum.
Querendum autem qualiter et hec multa unum.
Et simul numerum fieri aliter quam ex uno et dua
litate interminata impossibile secundum illum. Omnia
autem hec irrationabilia et repugnant ipsa si
bi ipsis et rationabilibus, et videntur in ipsis esse
Symonidis longus sermo. Fit enim longus
sermo quemadmodum ille servorum cum nichil sani
dicant. Videntur autem et ipsa elementa magnum
et parvum clamare quasi tracta. Non possunt enim
nullo modo generare numerum nisi eum qui ab
uno duplicatum. Inconveniens autem et ge
nerationem facere perpetuis existentibus. Ma
gis autem unum aliquid impossibilium. Pytago
rici quidem igitur utrum non faciunt aut faci
unt generationem nichil oportet dubitare. Manifeste
enim dicunt quod uno constituto sive ex planis
sive ex colore sive ex spermate sive
ex quibus dubitant dicere, confestim proximum
infiniti quod trahebatur et terminabatur ab uno.
Sed quoniam decorant et physice volunt dicere,
iustum ipsos examinare aliquid de natura, ex hac autem
que nunc dimittere methodo. Ea enim que in im
mobilibus querimus principia. Quare et numerorum
talium considerandum generationem. Imparis quidem igitur ge
nerationem non aiunt, tamquam palam quod paris exi
stente generatione. Parem autem primo ex inequa

libus quodam constituunt magno et parvo equali
ficatis. Necesse igitur prius existere inequalitatem ipsis
ad equari. Si autem semper erant equalia, non u
tique erant inequalia prius; eius enim quod est semper non
est prius nichil. Quare manifestum quod non contemplatio
nis gratia faciunt generationem numerorum. Habet autem dubi
tationem et bene dubitanti increpationem
qualiter habent ad bonum et malum elementa et principia.
Dubitatio quidem hec utrum est aliquid ipsorum tale quale
volumus dicere autoagathon et optimum,
aut non, sed posterius generata. A theologis quidem
enim videtur confessum esse eorum quidam nunc aliquibus
qui non aiunt, sed procedente entium natura et bo
num et malum apparere. Hoc autem faciunt formi
dantes veracem difficultatem que accidit di
centibus quemadmodum quidam unum principium. Est
autem difficultas non propter assignare principio quod
bene tamquam existens, sed propter unum principium et principium
ut elementum et numerum ex uno. Poete autem anti
qui sic similiter ut regnare et principari a
iunt non primos, puta noctem et celum aut
chaos, sed Iovem. Verum in uno huius quidem propter
permutari principatores entium accidit talia
dicere, quoniam mixti quidam ipsorum et eo quod fabu
lose omnia dicebant, ut Ferecides et ali
quidam, quod generans primum optimum posuerunt,
et magi. Et posteriorum autem sapientum velud
Empedocles et Anaxagoras: hic quidem ami
citiam elementum, hic autem intellectum principium fecit.
Eorum autem immobiles substantias esse: hii
quidem aiunt ipsum unum bonum ipsum esse. Substan
tiam tamen unum ipsius putabant esse maxime. Du
bitatio quidem igitur hec est, utrum oportet dicere.
Mirabile autem si primo et perpetuo et per se suf
ficientissimo hoc ipsum primum non tamquam bonum
existit per se sufficientia et salus. At vero

non propter aliud aut incorruptibile quam propter
bene habere, nec per se sufficiens. Quare dicere quod
principium tale esse rationabile verum esse,
hoc tamen esse ipsum unum, aut si non hoc,
elementum et elementum numerorum, impossibile. Accidit
enim multas difficultates, quas quidam fu-
gientes dubitaverunt, qui unum quidem
confitentes principium esse primum et elemen-
tum, numerum autem mathematicum. Omnes enim unitates
fiunt quod quidem bonum, et multa quedam
habundantia bonorum. Adhuc si species numeri,
species omnes quod quidem bonum aliquid. At vero cui-
cumque vult ponat quis esse ydeas. Si quidem
et bonorum solum, non erunt substantie ydee. Si
autem et substantiarum, omnia alia et plante bo-
na et participantia. Hec itaque accidunt in-
convenientia. Et contrarium elementum, sive multi-
tudo ens sive inequale et magnum
et parvum, malum ipsum. Propter quod hic quidem fu-
giebat bonum adaptare uni, tamquam
necessarium ens, quoniam ex contrariis generatio, malum multi-
tudinis naturam esse. Hii autem dicunt inequa-
le mali naturam. Accidit itaque omnia entia
participare malo preter unum ipsum unum.
Et magis impermixto secundum malo participa-
re numeros quam magnitudines, et malum
boni regionem esse, et participare et appe-
tere corruptivum. Corruptivum enim contrarium contra-
rii. Et si quemadmodum diximus quia materia
est quod potentia unumquodque, ut ignis qui actu
quod potentia ignis, malum erit ipsum quod potentia bo-
num. Hec itaque omnia accidunt, hoc quidem
quia principium omne elementum faciunt, hoc autem
quia contraria principia, hoc vero quia unum principium,
illud autem quia numeros primas substantias et se-
parabilia et species. Si igitur et non ponere bonum

in principiis et ponere sic impossibile, pa-
lam quia principia non recte assignantur
nec prime substantie. Non recte autem exi-
stimat nec si quis assimilat totius princi-
pia ei quod animalium et plantarum, quia ex in-
determinatis imperfectis autem semper que perfectiora.
Propter quod et in primis sic habere ait, ut nec ens
aliquid sit unum ipsum. Sunt enim et hic
perfecta principia ex quibus hec: homo enim hominem
generat, et non est sperma primum. Inconveniens
autem et locum simul cum solidis mathematicis
facere. Locus quidem enim singularium proprius, propter
quod separabilia loco, mathematica autem non
alicubi. Et dicere quidem quia alicubi erunt,
quid autem est locus non. Oportebat autem
dicentes ex elementis esse entia, et entium prima
numeros, dividentes qualiter aliud ex a-
lio est, sic dicere quo modo numerus est ex prin-
cipiis. Utrum mixtione? Sed nec omne
miscibile, quod autem fit alterum, non erit sepa-
rabile quod unum nec alterum natura, ut volunt. Set
compositione sicut sillabam? Sed positionem necesse exi-
stere, et separatim intelligens intelliget unum
et multitudinem. Hoc igitur erit numerus, uni-
tas et multitudo, aut unum et inequale.
Et quoniam ex aliquibus esse est quidem ut inexi-
stentibus, est autem ut non, utro modo numerus?
Sic enim ut inexistentibus non sunt nisi quorum
generatio est. Sed ut a semine? Sed non est possi-
bile indivisibilis aliquid abire. Sed ut ex contrari-
o non permanente? Sed quecumque sic sunt, et
ex alio aliquo sunt permanente. Quoniam igitur
unum hic quidem multitudini ut contrarium
ponit, hic autem inequali, tamquam equali
uno utentes, ut ex contrariis erit utique nu-
merus. Est igitur aliud ex quo permanente

numeri et alterum est aut secundum est. Adhuc cur utique alia quidem quecumque ex contrariis, quibus sunt contraria, corrumpuntur, utique omnia; numerus autem non. De hoc enim nichil dicit. Et quod inexistens et non inexistens corrumpit contrarium, puta lis mixtum. Quamvis non oportebat; non enim illi contraria. Nichil autem determinatum est neque quomodo numeri cause substantiarum et essendi, utrum ut termini, ut puncta magnitudinum, et ut Eurytus ordinavit quis numerus cuius, velud hic quidem hominis, hic autem equi, sicut numeros ducentes in figuras trigonum et tetragonum, sic assimilant supputationibus formas plantarum; aut quia ratio aut symphonia numerorum. Similiter autem et homo et aliorum unumquodque. Passiones itaque quomodo numeri, album et dulce et calidum? Quod autem non numeri substantia neque forme causa palam; ratio enim substantia, numerus autem materia. Puta carnis aut ossis numerus substantia sic: tria ignis, terre autem duo. Et semper numerus quicumque fuerit aliquorum erit, aut igneus aut terreus aut monadicus. Sed substantia esse ad tantum secundum mixtionem. Hoc autem non est numerus, sed ratio mixtionis numerorum corporalium aut qualiumcumque. Neque igitur in faciendo causa numerus, neque totaliter numerus neque monadicus, neque materia neque ratio et species rerum. At vero neque ut cuius gratia. Dubitabit autem utique aliquis et quid quod bonum est a numeris esse mixturam, aut in bene ratiocinabili aut in impari. Nunc enim nichil sanius ter tria utique erit melicratum mixtum, sed magis proderit utique in nulla ratione existens, aquosum autem, quam in numero non mixtum existens. Adhuc rationes in appositione numerorum sunt quemixtionum, non in numeris, puta tria ad duo, sed non ter duo. Idem enim oportet genus esse in multiplicationibus. Quare oportet mensurari ordine, in quo a b g, et in quo d, cum in quo d e z. Quare eodem omnia. Igitur sicut ignis b e g z, et aqua numerus bis tria. Si autem necesse omnia numero participare, necesse multa accidere eadem et numerum eundem huic et alii. Utrum igitur hec causa et propter hoc est res, aut immanifestum? puta est aliquis numerus solis lationum, et iterum eius que lune, et animalium uniuscuiusque vite et etatis. Quid igitur prohibet quosdam quidem horum tetragonos esse, quosdam autem cubos, hos autem duplos? Nichil enim prohibet, sed necesse in hiis versari, si numero omnia participabant. Contingebatque differentia sub eodem numero cadere. Quare si aliquibus idem numerus accideret, eadem utique erunt invicem illa eandem speciem numeri habentia, puta sol et luna eadem. Sed propter quid cause hec? Septem quidem vocales, septem corde aut armonie, septem autem pliades, in septem autem dentes iaciunt quedam animalia, quedam autem non. Septem autem qui ad Thebas. Ergo quia talis numerus natus est, propter hoc autem illi fiebant septem, aut pliades septem? Aliorum est autem hii quidem propter portas, aut illam aliquam causam; hanc autem nos sic numeramus. Ursam autem duodecim, hii autem plures. Quoniam et ξ ψ ζ symphonias aiunt esse, et quia ille tres, et hec tria. Quod autem mille utique erunt hec, nichil curant. Quare ei enim quod g r et est erit utique unum signum. Si autem quia duplum aliorum unumquodque, aliud autem non. Causa autem quia tribus existentibus

litteris unum in unoquoque superfluit propter
hec tantum sola sunt. Si autem non quia simpho
nie tres et pluribus, quod symphonie.
hic autem non adhuc potest. Similes itaque et
hiis antiquis omericis qui parvas simi
litudines vident, magnas autem despici
unt. Dicunt autem quidam quod multa talia.
puta medie hec quidem novem, hec autem oc
to. et versus decem et septem equinu
merus hiis. Venit autem in dextro qui
dem novem sillabis, in sinistro autem octo.
et quod equalis distantia in litteris ab a ad
o et a neura ad acutissimam
petitibus ... cuius numerus equalis ...
celi. Videre autem oportet ne talia nullus utique
dubitet nec dicere nec invenire in sempi
ternis quando et in corruptibilibus. Sed que lau
dantur nature septenarii et hiis contraria
et totaliter que in mathematicis ut quidam dicunt
quidam et causas faciunt nature, videntur sic
considerantibus diffugere. Secundum enim nullum est
modum determinatorum circa principia nullum
ipsorum causa est. Quamvis tamen faciunt manifestum
quod bonum existit et ex coelementatione huius
est eius que boni impar, rectum, equaliter
equale, et potentie quorundam numerorum. Si
mul enim hora et numerus talis. Et alia utique que
cumque colligunt ex mathematicis theoremati
bus omnia hanc habent virtutem. Propter quod et assi
milantur accidentibus. Sunt enim accidentia quidem
sed convenientia invicem omnia. Unum autem analogi
ce quod proportionale. In unaquaque enim
entis cathegoria est quod proportionale.
Ut rectum in longitudine sic in lati
tudine omalon, forte in numero impar,
in colore autem album. Adhuc non que in
speciebus numeri causa armonicorum et tali
um. Differunt enim illa ab invicem que e
quales specie, et enim unitates. Quare
propter hec species non faciendum. Que quidem igitur
accidunt hec, et utique adhuc plura
colligentur. Videtur autem argumentum esse mul
ta mala pati circa generationem ipsorum et ni
chil firmum posse connectere, quod non
separabilia sunt mathematica a sensibilibus
ut quidam dicunt, nec hec esse principia.

Explicit liber methaphisice Aristotelis
nove translationis. Deo gratias. Amen.

tuis. magis autem forte aliis et omnis doctrina et
medicinae. Et de hiis [illegible] relictio boni quod
Rursus redeuntes ad quesitum bonum quid utique sit. Videtur enim aliud
utique sit. vel boni. quod omnia appetunt. Et
ratione et ceteris. aliud quidem in aliis (?) sunt. hiis quidem
et reliquis sunt. Operationes. hiis (?) non propter has operationes
quidem est reliqua operantur. Quorum autem sunt fines
sanitas. similiter hiis meliora existunt operationibus
operationum. In ars (?) actionibus entibus et artibus et
scientiis. multi sunt et fines. Medicinalis quidem sani
tas. Navifactive vero navigatio. Militaris vero vi
ctoria. yconomice vero divitie. Quecumque autem sunt
talium. sub una sunt quadam virtute. quemadmodum sub equ
stri frenefactiva. et quecumque alie equestrium instrumentorum sunt
et hec et omnis bellica operatio sub militari. secundum
eundem utique modum. alie sub aliis. In omnibus
utique architectonicis fines omnibus sunt desiderabi
liores hiis que sub ipsis. horum enim gratia illa persequuntur.
Differt autem nichil operationes esse fines actuum. aut
preter has quedam. quemadmodum [illegible] doctrinis. Si utique
est aliquis finis operabilium quem propter ipsum volumus. alia
vero propter illum et non omnia propter alterum desideramus. procedit
enim sic in infinitum. Itaque esse vanum et inane desiderium. manifestum quoniam
hic utique erit bonum. et optimus. Igitur et ad vitam cognitio
eius magnum habet incrementum. Et quemadmodum sagittatores
signum habentes. magis utique adipiscemur quod oportet.
Si autem sic temptandum est figuraliter accipere illud quod
quid est. et disciplinarum aut virtutum. Videbitur autem
utique principalissime. et maxime architectonice
esse. talis utique et civilis apparet. Quas enim esse debi
tum est disciplinarum in civitatibus. et quales unum
quemque addiscere. et usque quo. hec precipit. Videmus autem
preciosissimas virtutum sub hac existentes. ut puta
militarem yconomicam. rethoricam. Utente vero hac re
liquis practicis disciplinarum. Amplius autem legem po
nente. quid oportet operari. et a quibus abstinere. huius fi
nis complectitur utique eos qui aliarum. Quare propter
hoc utique erit humanum bonum. Si enim et idem est uni et
civitati maius quidem et perfectius quod civitatis videtur esse
suscipere et salvare amabile quidem enim et soli uni. Me
lius vero et divinius genti et civitatibus. Methodus
quidem igitur hec appetit. civilis quedam existens. Dicetur autem
utique sufficienter. si secundum subiectam materiam manifestetur.
Certum enim non similiter in omnibus sermonibus querendum
[illegible]. bona autem et iusta de quibus civilis
intendit. multam habent differentiam. et errorem ut videantur le
ge sola esse. natura vero non. talem autem quemdam errorem habent et
bona quia multis contingunt detrimenta. Periere enim iam
et quidam propter divitias. alii vero propter fortitudinem.
Amabile igitur de talibus. et ex talibus dicentes grosse
figuraliter veritatem ostendere. et de hiis que ut frequen
tius. et ex talibus dicentes. talia concludere. Eo
dem utique modo. et recipere debitum est unumquodque dictorum.

Disciplinati enim est tantum certitudinem inquirere
per unumquodque genus. in quantum natura rei recipit. Proximum
enim videtur. mathematicum persuadentem acceptare.
et rethoricum demonstrationes expetere. Unusquisque
autem iudicat bene que cognoscit. et horum est bonus
iudex. secundum partem igitur unumquodque bene iudicat eruditus. bene et
ruditus. simpliciter autem qui circa omnia eruditus est. Ideo ci
co politice non est proprius auditor iuvenis. inexpertus
enim est eorum que secundum vitam sunt actuum. rationes autem de hiis
sunt. et de hiis. Amplius autem passionum sequitor
existens inaniter audiet. et inutiliter. quia finis est non
cognitio. sed actus. Differt autem nichil iuvenis
secundum etatem. aut secundum morem iuvenilis. Non enim a tempore
defectus. sed propter secundum passiones vivere. et persequi singula
Talibus enim inutilis cognitio fit. quemadmodum incontinentibus.
Secundum rationem vero desideria facientibus et operantibus. multum
utique utile erit de hiis scire. Et quod de auditore
et qualiter demonstrandum. et quod proponimus, prohemiata
sint tanta.

· tractatus ·

Dicamus autem resumentes. quoniam omnis cognitio
et electio bonum aliquod desiderat. quid est quod dici
mus desiderare. et quod est omnium operabilium summum bo
norum. Nomine quidem igitur a pluribus confitetur. felicitatem enim
multi et excellentes dicunt. bene vivere autem et bene ope
rari idem existimant ei quod est esse felicem. De feli
citate autem quid quidem est. altercantur. et non similiter multi
et sapientibus tradunt. Hii quidem enim aliquod eorum que ma
nifestorum et [illegible] ut voluptatem. aut divitias. aut
honores. [illegible] aliud. multotiens autem idem ipse
alterum. Egrotans quidem enim sanitatem. indigens autem divi
tias. Conscii autem sibi ipsis ignorantie. eos qui magnum
quid aliquid et super ipsos dicunt admirantur. Quidam autem
existimaverunt preter hec multa bona. aliud esse per se ipsum
quod et hiis omnibus causa est essendi bona. Omnes quidem igitur per
scrutari opiniones vanum forte magis est. sufficiens
autem maxime que superficietenus apparent
vel existimantur habere aliquam rationem. Non lateat
autem nos quoniam differunt qui a principiis sermones. et qui
ad principia. Bene enim et Plato dubitavit hoc. et que
sivit. utrum a principiis. vel ad principia. est via.
quemadmodum in stadio. ab athlothetis ad terminum vel
econtra. Incipiendum quidem igitur a cognitis. Hec autem dupliciter
hec quidem enim nobis. hec autem simpliciter. Forte igitur nobis in
cipiendum est a nobis cognitis. Propter quod oportet consue
tudinibus ducentem bonis de bonis et iustis. et totaliter civili
bus. auditurum sufficienter. Principium enim hoc. quia
et si hoc appareat sufficienter. nichil opus erit eo quod propter quid.
Talis autem habet vel suscipiet utique principia facile. cui
autem neutrum existit horum. audiat que Esyodi. Iste
quidem optimus. qui sibi ipsi omnia intellexerit. bonus
autem rursus ille qui bene dicenti obediet. Qui autem
neque ipse intelligit. neque alium audiens in animo ponit.
hic rursus inutilis vir. Nos autem dicamus unde

dicentissimus boni et felicitatis non irrationabiliter videntur ex hiis que nunc hic existimare. Multi quidem igitur maxime voluptatem, hii vero diligunt voluptuosam. Tres enim sunt maxime excellentes, et que nunc dicta est, et que civilis est, et tertia que contemplativa est. Multi quidem igitur omnino bestiales videntur esse, preeligentes vitam. Adipiscuntur autem rationem, quoniam multi eorum qui in potestate sunt similia patiuntur Sardanapalo. Qui autem excellentes operantur honorem. Civilis enim vite fere hic finis. Videntur autem magis superficietenus eo quod queritur. Videtur enim in honorantibus magis esse quam in honorato. Bonum autem proprium quidem et quod difficile aufertur divinamus. Amplius autem videtur honorem querere ut credant se ipsos bonos esse. Querunt igitur a prudentibus honorari, et apud eos a quibus cognoscuntur, et in virtute. Palam igitur quoniam secundum hos virtus melior est. Forsitan autem et magis utique finem civilis hunc aliquis existimet vite. Videtur autem imperfectior et hec. Videtur enim contingere et dormire habentem virtutem et operari nullum per vitam, et super hiis mala pati et infortunatum esse plurimum. Ita autem viventem nullus utique felicitabit, nisi positionem custodiat. Et de hiis quidem igitur satis. Sufficienter enim et in encycliis dictum est de ipsis. Tertia autem est contemplativa, de qua perscrutationem in sequentibus faciemus. Pecuniosus autem violentus quis est, et divitie non sunt quod queritur bonum. Utiles enim sunt et alterius gratia. Ideo magis que predicta sunt fines utique existimabit. Propter se enim diliguntur. Videntur autem neque illa, quamvis multi sermones ad hec compositi sunt. Hec autem relinquantur.

Quod autem universale melius est forte perscrutari et querere quomodo dicitur. Et si obviam tali questione fiat, propter amicos viros introducere ydeas. Videbitur utique melius esse forsitan et oportere pro salute veritatis familiaria destruere, aliter quidem et philosophos existentes. Ambobus enim existentibus amicis sanctum prehonorare veritatem. Facientes autem opinionem hanc non faciebant ydeas in quibus prius et posterius dicebant. Propter quod neque numerorum ydeam constituebant. Bonum autem dicitur et in eo quod quid est et in quali et in ad aliquid. Quod autem est per se ipsum et substantia prius natura eo quod ad aliquid. Propagini enim hoc assimilatur et accidenti entis. Quare non utique erit communis quedam in hiis ydea. Amplius autem quia bonum equaliter dicitur enti, et in eo quod quid est dicitur, ut puta deus et intellectus, et in quali virtutes, et in quanto mensuratum, et in ad aliquid utile, et in tempore tempus, et in loco dieta, et alia talia, non est manifestum quod utique erit commune quid universale et unum. Neque enim utique diceretur in omnibus predicamentis, sed in uno solo. Amplius autem quia eorum que secundum unam ydeam una est scientia, et bonorum omnium esset utique una scientia. Nunc autem multe et eorum que sub uno sunt predicamento. In bello quidem est militaris ... in medicina autem ... [illegible]

II.

Quereret autem utique aliquis ... Quoniamque ... dicunt ... [illegible] ... ydeam ... est ... que ipsis ... [illegible] ... dicatur autem sic, neque ... bonum ... magis bonum erit, dicunt, ... [illegible] ... bonum ... unius est, eo quod unius dicitur. Probabiliter autem videntur et pictagorici dicere de illo ponentes in bonorum coordinatione unum, quos utique et Speusippus sequi videtur. Sed de hiis quidem igitur alius sit sermo. Horum autem que dicta sunt duobus quedam et habent apparentiam; propter quod non de omni bono sermones dicti sunt. Dicuntur autem secundum unam speciem que per se ipsa persequuntur et diliguntur. Factiva autem horum vel conservativa propter hec dici et secundum modum alium. Manifestum igitur quoniam dupliciter utique dicentur bona, hec quidem per se ipsa, utique autem propter hec. Dividentes igitur ab utilibus que per se ipsa intendamus si dicuntur secundum ydeam. Secundum se ipsa autem qualia ponet quis utique? Vel quecumque et solitaria persequuntur, ut puta sapere et videre et voluptates quedam et honores. Hec enim et si propter aliud quod persequimur, tamen per se bonorum ponet utique aliquis. Vel non aliud aliquid preter ydeam? Quare vanum erit ydea. Si autem et hec sunt eorum que per se ipsa, boni rationem in omnibus hiis eandem apparere oportebit, quemadmodum et nivis et cerusse eam que albedinis. Honoris autem et prudentie et voluptatis alie et differentes sunt rationes in eo quod bona. Non igitur est bonum commune quid secundum unam ydeam. Sed qualiter utique dicuntur? Non enim assimilantur a casu equivocis. Sed certe eo quod est ab uno esse vel ad unum omnia contendere, vel magis secundum analogiam. Sicut enim in corpore visus, in anima intellectus, et aliud utique in alio. Sed forte hec quidem relinquendum est nunc. Certificare enim de ipsis alterius utique philosophie erit magis proprium. Similiter autem et de ydea. Si enim et est unum quid predicatum bonum vel separabile quid ipsum secundum se ipsum, manifestum quod non utique erit operabile neque possessum homini. Nunc autem tale aliquid queritur. Forte autem alicui videbitur melius esse utique cognoscere ipsum ad possessa et operata bonorum. Velut enim exemplar hoc habentes magis sciemus et que nobis sunt bona, et si sciamus adipiscemur ipsa. Probabilitatem quidem igitur habet sermo quidam, videtur autem scientiis dissonare. Omnes enim quoddam appetentes bonum et quod indigent inquirentes, derelinquunt cognitionem ipsius. Quamvis auxilium tale omnes artifices ignorare et neque inquirere non est bene rationabile. Inutile autem et quid iuvabitur textor aut faber ad suam artem sciens ipsum hoc separatum bonum? Vel qualiter magis medicus vel magis militaris erit qui ydeam ipsam contemplatus est? Videtur quidem enim neque sanitatem ita intendere medicus, sed eam que ...

operis. magis autem forte eam que huius. propter unumquodque enim
in medicinis. Et de hiis quidem igitur in tantum dictum sit.
Rursus redeamus ad quesitum bonum quid
utique sit. Videtur quidem enim aliud in alia ope-
ratione et arte. aliud enim in medicinali et militari
et reliquis similiter. Quid igitur uniuscuiusque bonum aut
gratia cuius reliqua operantur. hoc autem in medicinali quidem
sanitas. in militari vero victoria. in edificativa
domus. in alio vero aliud. in omni autem operatione et el-
ectione finis. huius enim gratia reliqua operantur omnes.
Quare siquis operatorum omnium est finis. hoc utique
erit operatum bonum. Si vero plura hec. transcendens utique
sermo ad hoc ipsum pervenit. Hoc autem adhuc magis est
planius temptandum est. Quoniam autem plures videntur
fines. horum autem eligimus quosdam propter alterum. ut
puta divitias. fistulas. et totaliter organa. Manifestum igitur
quoniam non sunt omnes perfecti. Optimum autem perfectum quoddam
videtur. quare si quidem est unum aliquod solum perfectum.
hoc utique erit quod queritur. Si vero plura. perfectissimum
horum. Perfectius autem dicimus quod secundum se ipsum est prosequibile
eo quod propter alterum. Et quod nunquam propter aliud eligibi-
le. hiis que secundum se ipsa. et propter hoc eligibilibus. et simpli-
citer perfectum. quod secundum se ipsum eligibile semper. et nunquam propter
aliud. Tale utique felicitas esse videtur. hanc enim
eligimus semper propter se ipsam. et nunquam propter aliud. Hono-
rem vero et utilitatem. et voluptatem. et omnem virtutem eli-
gimus quidem et propter ipsa. nullo enim adveniente eli-
geremus utique unumquodque ipsorum. eligimus autem et feli-
citatis gratia per hec suspicantes felices fore. Feli-
citatem autem horum gratia nullus eligit. nec omnino propter
aliud. Videtur autem et ex per se sufficientia idem accidere. Perfe-
ctum enim bonum per se sufficiens esse. Per se sufficiens
autem dicimus non ipsi soli viventi vitam solitariam. sed
et parentibus et filiis et uxori. et universaliter amicis et ci-
vibus. Quoniam natura civile animal homo. Horum autem assumendus
terminus quis. Extendenti enim ad parentes. et propinquos
et amicos. et amicos amicorum in infinitum procedi-
t. Sed hoc quidem rursus perscrutandum. Per se sufficiens
autem ponimus quod solitarium sufficientem et eligibilem
facit vitam. et nullo indigentem. Tale autem feli-
citatem estimamus esse. Amplius autem omnium maxime
eligibilem non connumeratam. connumeratam autem manifestum quod eligibi-
liorem cum minimo bonorum. superhabundantia enim bo-
norum fit quod apponitur. bonorum autem maius elig-
ibilius semper. Perfectum utique quoddam videtur et per se sufficiens feli-
citas operatorum existens finis. Sed forte felici-
tatem quidem optimum dicere confessum quid videtur. Desi-
deratur autem manifestius quid est. adhuc dici. For-
te utique fiet hoc si assumatur opus hominis. Quemadmodum enim
tibicini et statuifice et omni artifici. et totaliter quorum
est opus aliquod et actus. in opere bonum videtur esse
Et bene. ita videbitur utique et homini siquidem est aliquod opus
ipsi. Utrum igitur textoris quidem et coriarii sunt opera

quedam et actus. hominis autem nullum est. sed otiosum na-
tum est. Aut quemadmodum oculi et manus et pedis. et totaliter
uniuscuiusque particularum videtur aliquod opus. ita et hominis pre-
ter hec omnia aliquis ponet utique opus aliquod.
Quid utique igitur hoc utique erit. Vivere quidem enim
et commune videtur et plantis. Queritur autem proprium. Separandum
igitur nutritivam et augmentativam vitam. Sequens
autem sensitiva quedam utique erit. videtur vero et hec
communis et equo et bovi et omni animali. Relinquitur utique
operativa quedam eius quod rationem habentis. huius autem hoc quidem ut
bene persuasibile rationi. hoc vero ut habens et intelligens.
Dupliciter autem et hac dicta. eam que secundum operationem ponendum.
principalius enim et hec videtur dici. Si autem est opus
hominis operatio secundum rationem vel non sine ratione. idem autem dicimus
opus esse genere huius et huius studiosi. quemadmodum et cytha-
riste. et studiosi cythariste. et simpliciter utique
hoc in omnibus apposita secundum virtutem habundantia
ad opus cytharizare. Cythariste quidem enim
cytharizare. studiosi autem bene. Si autem sic. hominis autem
ponimus opus vitam quandam. hanc autem anime operationem
et actum cum ratione. studiosi autem viri bene hec et
optime. Unumquodque autem bene secundum propriam virtutem
perficitur. Si autem sic humanum bonum anime operatio
fit secundum virtutem. Si autem plures virtutes secundum perfectissimam
et optimam. Amplius autem in vita perfecta. Una enim yrundo
ver non facit. nec una dies. sic utique nec be-
atum et felicem una dies. nec paucum tempus.
Describatur quidem igitur bonum ita. Oportet enim figuraliter dicere
primum. deinde posterius describere. Videbitur autem
utique omnium esse producere et proficere. et coarticulare
que bene habent circumscriptione. Et tempus talium in-
ventor vel cooperator bonus esse. unde et artium facte sunt
additamenta. omnis enim est apponere quod deficit.
Meminisse autem et prius dictorum oportet. et certitudinem non in omnibus
similiter exquirere. sed in singulis secundum subiectam materiam et
in tantum in quantum proprium est doctrine. Et enim tector
et geometra differenter quidem inquirunt rectum. hic
quidem enim in quantum utilis est ad opus. hic autem quid
vel quale quid. speculator enim veri. Secundum eundem
itaque modum et in aliis est faciendum. ut non que ex-
opera operibus plura fiant. Non est expetenda autem
neque causa in omnibus similiter. sed sufficiens in quibus-
dam hoc quia demonstratum bene. ut puta et circa prin-
cipia. Hoc autem quia primum et principium. Principiorum
autem hec quidem inductione contemplantur. hec vero sensu.
hec autem consuetudine quadam. et alia aliter. Perse-
qui autem temptandum singula secundum quod nata. et studendum qua-
liter determinentur bene. magnum enim habent auxilium ad
sequentia. Videtur enim plus quam dimidium totius esse princi-
pium. et multa manifesta fieri per ipsum eorum que
queruntur. Scrutandum igitur de ipso non solum ex conclu-
sione et ex quibus sermo. sed et ex dictis de ipso. Vero quidem enim
omnia consonant existentia. Falso autem cito dissonat.

o sine voluptate

um. Divisis utique bonis tripliciter, et hiis quidem que exterius dictis, hiis autem circa animam et corpus. Circa animam principalissime dicimus et maxime bona. Actus autem et operationes animales circa animam ponimus. Quare utique bene dicetur secundum hanc opinionem antiquam existentem et confessam a philosophis. Recte autem quia et actus quidam dicuntur et operationes finis. Sic enim eorum que circa animam sunt bonorum fit, et non eorum que exterius. Consonat autem bonum et bene vivere et bene operari felicem. Quasi enim fere bona vita quedam dicta est et bona operatio. Videntur autem et quesita circa felicitatem omnia existere dictis. Hiis quidem enim virtus, hiis autem prudentia, aliis autem sapientia quedam esse videtur. Hiis autem hec vel horum aliquid cum voluptate vel non sine voluptate. Alii autem et eam que exterius est habundantiam comprehendunt. Horum autem hec quidem multi et veteres dicunt, hec autem pauci et gloriosi viri. Neutros autem horum rationabile peccare universaliter, sed unum aliquid vel plura dirigere.

Dicentibus quidem igitur omnem virtutem vel quandam consonans est ratio nostra. Huius enim est secundum ipsam operatio. Differt autem forte non parum in possessione vel usu optimum existimare, et in habitu vel operatione. Habitum quidem enim contingit nullum bonum perficere existentem, ut puta dormiente aut aliter qualiter ociante. Operationem autem non possibile est. Operabitur enim ex necessitate, et bene operabitur. Quemadmodum autem in olimpiadibus non optimi et fortissimi coronantur, sed agonizantes. Horum enim quidam vincunt. Ita et eorum qui in vita bonorum et optimorum operantes recte illustres fiunt. Est autem et vita ipsorum secundum se ipsam delectabilis. Delectari quidem enim animalium est. Unicuique autem delectabile ad quod dicitur amativus talis, ut puta equus quidem amanti equum, spectaculum autem amanti spectaculum, et iusta amanti iustum, et totaliter que secundum virtutem amanti virtutem. Multis quidem igitur delectabilia adversantur ad invicem, quia non natura talia sunt. Amantibus autem bonum sunt delectabilia que natura delectabilia sunt. Tales autem que secundum virtutem operationes. Quare et hiis sunt delectabiles et secundum se ipsas. Nichil autem indiget voluptate vita eorum quasi adiecto aliquo, sed habet voluptatem in se ipsa. Cum dictis enim nullus est bonus qui non gaudet bonis operationibus. Neque enim iustum aliquis diceret non gaudentem iuste operari, neque liberalem non gaudentem liberalibus operationibus. Similiter autem et in aliis. Si autem sic, secundum se ipsas utique erunt secundum virtutem operationes delectabiles. Quin immo pulcre et bone et maxime horum unumquodque, si bene iudicat de hiis studiosus. Iudicat autem ut diximus. Optimum igitur et pulcerrimum et delectabilissimum felicitas. Et non divisa sunt hec secundum Delyacum scriptum: Optimum iustissimum, desideratissimum autem sanum esse; delectabilissimum autem quo quis optat frui. Omnia existunt hec optimis operationibus. Has autem vel unam earum optimam dicimus esse felicitatem.

Videtur tamen et eorum que exterius sunt bonorum indigens quemadmodum diximus. Impossibile enim vel non facile bona operari impotentem inbuere existentem. Multa quidem enim operantur sicut quemadmodum per organa, per amicos et per divitias et per civilem potentiam. Quibusdam autem destituti coinquinant beatitudinem, ut puta nobilitate, bona prole, pulcritudine. Non omnino enim felix qui specie turpissimus, vel ignobilis, vel solitarius et sine prole. Adhuc autem forte minus, si adhuc pessimi filii sunt vel amici, vel boni existentes mortui sunt. Quemadmodum igitur diximus, videtur indigere tali prosperitate. Unde in idem ordinant quidam bonam fortunam felicitati, quidam autem virtutem. Unde et queritur utrum est discibile aut assuescibile aut exercitabile, vel secundum quandam divinam particulam vel propter fortunam advenit. Siquidem igitur et aliud aliquod deorum est donum hominibus, rationabile et felicitatem dei datum esse, et maxime humanorum quanto optimum. Sed hoc quidem forte alterius erit utique perscrutationis magis proprium. Videtur autem et si non a deo missa est, sed propter virtutem et quandam disciplinam vel exercitationem advenit, divinissimorum esse. Virtutis enim premium et finis optimum videtur et divinum quid et beatum. Erit autem utique et multum commune. Possibile enim existere omnibus non orbatis ad virtutem per quandam disciplinam et studium. Si autem est ita melius quam propter fortunam beatum, rationabile habere sic. Siquidem que secundum naturam ut possibile optime habere sic nata sunt. Similiter autem et que secundum artem et omnem causam, et maxime secundum opti-

ma. Maximum autem et optimum committere fortu-
ne valde pernitiosum erit utique. Manife-
stum autem est ex ratione quod quesitum est. Dicta est enim anime opera-
tio secundum virtutem qualis quedam. Reliquorum autem
bonorum hec quidem existere necessarium, hec autem coopera-
tiva et utilia nata sunt organice. Confessa
autem hec utique erunt et hiis que a principio.
Politice autem finem optimum posuimus. Hec autem
plurimum studium facit hic quales quosdam et bo-
nos cives facere et operatores bonorum. Decenter al'
ergo neque bovem neque equum neque aliud animalium aliquod fe-
licem esse dicimus. Nullum enim ipsorum possibile est communicare
tali operatione. Propter hanc autem causam neque puer felix est.
Nondum enim operator talium propter etatem. Dicti
autem propter spem beatificantur. Indigent enim, quem-
admodum diximus, et virtute perfecta et vita
perfecta.

Multe enim transmutationes fiunt vite
et omnimode fortune secundum vitam. Contingit ma-
xime habundantem magnis calamitatibus in-
cidere in senectute, quemadmodum in heroycis de
Priamo narratur. Talibus autem usum fortu-
niis et finientem miserabiliter nullus itaque
felicitat. Utrum igitur nullum alium hominum bea-
tificandum usquequo utique vivit? Secundum Solonem
autem debitum est finem respicere. Si autem utique et po-
nendum ita, igitur et est felix tunc quandoque
morietur? Vel hoc omnino inconveniens, aliter et dicenti-
bus nobis operationem quandam felicitatem? Si autem
non dicimus mortuum felicem, neque Solon
hoc vult, sed quoniam tunc utique quis firmiter be-
atificabit hominem, ut iam extra mala existen-
tem et infortunia. Habet quidem et hoc questionem qui-
dam. Videtur enim mortuo et malum aliquod esse et
bonum, quemadmodum vivente non sentienti accidere,
puta honores et inhonorationes et filiorum
et omnino nepotum prosperitates et infortunia.
Questionem autem et hec tribuunt. Ei enim qui
beate vixit usque ad senectutem et mortuus
est secundum rationem, contingit multas transmutationes esse circa
filios, et hos quidem ipsorum bonos esse et potiri
vita que est secundum dignitatem, hos autem contrarios. Ma-
nifestum autem quod distantiis ad parentes omnifariam habere al' dissessiones
ipsos contingit. Inconveniens autem utique fiet si simul transmutetur et
mortuus et fiet aliquando felix, rursum autem miser. Inconveniens
autem et nichil neque in quoddam tempus supervenire al' supvenire

que sunt filiorum parentibus. Sed reiterandum ad
prius quesitum. Forsitan enim utique inspi-
cietur et quod nunc quesitum est ex illo. Si enim
utique finem videre oportet et tunc beatificare unum-
quemque, non ut existentem beatum, sed quoniam pri-
us erat, qualiter non inconveniens, si quando est felix non
verum dicetur de eo existente, propter non velle viven-
tes felicitare propter transmutationes, et propter
manens quid felicitatem existimare, et nequaquam
facile transmutabile, fortunas autem multo-
tiens revolvi circa eosdem. Palam enim quod si se-
quamur fortunas, eundem felicem et rursus
miserum dicemus multotiens, camaleontem
quendam felicem nuntiantes et debiliter fir-
matum. Vel fortunas quidem sequi nequaquam
rectum. Non enim in hiis bene vel male, sed indi-
get hiis humana vita, quemadmodum diximus.
Domine autem sunt que secundum virtutem operationes fe-
licitatis, contrarie autem contrarii. Testatur autem et
rationi quod nunc quesitum est. Circa nullum enim sic
existit humanorum operum firmitas, ut circa ope-
rationes que secundum virtutem. Sunt permanentiores enim
et disciplinis hec videntur esse. Harum autem ipsarum ho-
norabilissime permanentiores propter maxime
continue vivere in ipsis beatos. Hoc enim assimilatur al' bonos
causa ei quod est non fieri circa ipsa oblivionem. Exi-
stet autem utique quod quesitum est felici, et erit per
vitam talis. Semper enim vel maxime omnium operabitur
et speculabitur que secundum virtutem, et fortunas
feret optime et ubique omnino prudenter, qui ut-
vere bonus tetragonus sine vituperio.
Multis autem fientibus secundum fortunam et differentibus
magnitudine et parvitate, parva quidem prosperitatum
similiter autem et oppositorum, palam quod non faciunt
inclinationem vite. Magna autem et multa fient quidem
bona beatiorem faciunt vitam. Et enim hec condeco-
rare nata sunt, et usus eorum bonus et studiosus
fit. E contrario autem accidentia tribulant et contaminant beatum.
Tristitias autem inferunt et impediunt multis opera-
tionibus. Verumtamen et in hiis refulget bonum, cum feret
aliquis facile multas et magnas infortunias,
non propter insensibilitatem, sed generosus existens
et magnanimus. Si autem sunt operationes domine
vite quemadmodum diximus, nullus utique beatorum
fiet miser. Numquam enim operabitur odibilia et mala.
Verum enim bonum et sapientem omnes existimamus

vel fortunas hic est [illegible]

fortunas decenter ferre et existentibus semper
optima operari, quemadmodum ex datis et et ducem
bonum presente exercitu uti maxime bel-
licose, et coriorum sutorem ex datis coriis et
optimum calciamentum facere. Eodem autem modo
et alios artifices omnes. Si autem ita, miser quidem
nequaquam utique fiet felix. Neque utique beatus
si in Priamicas fortunas inciderit. Neque utique varius
et facile transmutabilis. Neque enim ex felicitate mo-
vebitur facile, neque a contingentibus infortuniis,
sed a magnis et multis. Et ex talibus non utique
fiet rursus felix in parvo tempore, sed si quidem in multo
in perfecto magnorum et bonorum in ipso factus habun-
dans. Quid igitur prohibet dicere felicem secundum vir-
tutem perfectam operantem, et exterioribus bonis suf-
ficienter ditatum, non contingenti tempore, sed per-
fecta vita? Vel apponendum et victurum sic et fin-
iturum secundum rationem, quia futurum immanife-
stum nobis; felicitatem autem finem et perfectum
ponimus omnino omnimode. Si autem ita, beatos di-
cemus viventium quibus existunt et existent
que dicta sunt. Beatos autem ut homines. Et de hiis in
tantum determinatum sit. — al' beatos

Nepotum autem fortunas et amicorum
omnium nequaquam quidem contingere valde in-
amicabile videretur et oppinionibus contrarium.
Multis autem et omnimodas differentias accidentibus (margin: hntibz)
et hiis quidem magis redundantibus, hiis autem minus,
secundum unumquodque dividere longum et infinitum videtur;
universaliter autem dictum et typo forsitan utique et sufficienter ha-
bebit. Si utique quemadmodum et eorum que circa ipsum infort-
uniorum habent hec quidem aliquod pondus et momentum
ad vitam, hec autem leviora videntur, ita et que
circa amicos similiter omnes. Differt autem passionum
unamquamque circa viventes vel mortuos contingere
multo magis quam iniusta et mala preexistere
in tragediis vel fieri. Sillogizandum utique et
hanc differentiam. Magis autem fortassis inqui-
rendum esse eos qui defecerunt si aliquo bo-
no communicant vel oppositis. Videtur enim ex hiis, si re-
dundat ad ipsos quodcumque, sive bonum sive contrarium,
fragile quoddam et parvum vel simpliciter vel ipsis
esse. Si autem non, tantum et tale ut faciat felices
felices eos qui non sunt, neque hiis qui sunt au-
ferat beatitudinem. Conferre quidem igitur aliquid
videntur hiis qui defecerunt bene operationes et
amicorum, similiter et infortunia, talia autem
et tanta magna ut neque felices non felices neque — non felices felices
esse faciant neque aliud tale aliquid.

Determinatis autem hiis scrutemur de feli-
citate utrum laudabilium est vel
magis honorabilium. Manifestum enim quoniam potentiarum
est. Videtur enim omne laudabile in quale quid esse
et ad aliquid aliqualiter habere laudari. Iustum enim
et virilem et universaliter bonum et virtutem laudamus propter
opera et actus, et fortem et cursorem et aliorum unum-
quemque in quale quedam natum esse et habere aliqualiter
ad bonum aliquod et studiosum. Manifestum est utique et
ex hiis que circa deos sunt laudibus. Derisibi-
les autem videntur ad nos relati. Hoc autem con-
tingit quia sunt laudes per relationem ut diximus.
Si autem est laus talium, manifestum quoniam optimorum
non est laus, sed melius aliquid est et ma-
ius, quemadmodum videtur. Deos enim beatificamus et fe-
licitamus et virorum divinissimos beatificamus.
Similiter autem et bonorum. Nullus enim felicitatem la-
udat quemadmodum iustum, sed ut divinius aliquid
et melius beatificat. Videtur autem et Eudoxus bene attribu-
isse de primitiis voluptati in eo quod laudari enim
bonorum existentem innuere existimat quoniam
melius est laudabilius. Talem autem esse
deum et ipsum bonum, ad hoc enim et alia referri. Laus
quidem enim virtutis; operatores enim bonorum ab
hac virtute laudantur; laus operum similiter et
corporalium et animalium. Sed hec quidem forte magis pro-
prium certificare hiis qui circa laudes studu-
erunt. Nobis autem nunc manifestum ex hiis
que dicta sunt quoniam est felicitas honorabilium
et perfectorum. Videtur autem ita habere et propter esse principium;
huius enim gratia reliqua omnia omnes operantur; principium
autem et causam bonorum honorabile quid et divinum poni-
mus. Si autem felicitas operatio quedam secundum virtu-
tem perfectam, de virtute scrutandum. Forte
enim utique ita melius et de felicitate contempla-
bimur. Videtur autem et secundum veritatem civilis esse circa hanc
maxime insudare. Vult enim cives bo-
nos facere et legum obauditores. Exemplum
autem horum habemus Cretensium et Lacedemoniorum
legislatores et siqui alii tales facti sunt. Si
ad politicam est talis perscrutatio, manifestum

qui fieri utique quod per eam que a principio
electionem. De virtute autem perscrutandum
humana. manifestum. et enim bonum humanum quere
bamus et felicitatem humanam. Virtutem autem
dicimus humanam non eam que corporis, sed
eam que anime. Et felicitatem autem anime
operationem dicimus. Si autem hec ita habent, manifestum quoniam
oportet politicum scire aliqualiter que circa animam
quemadmodum et eum qui oculos curat et omne corpus,
et maxime quanto honorabilior et melior po
litica medicinali. Set et medicorum excellentes
multa negotiantur circa corporis cognitionem.
Contemplandum utique et civili de anima. Contemp
landum autem horum gratia, et in quantum sufficienter
habet ad quesita. In plus enim certificare operosius
forte est propositis. Dicuntur autem de hac et in exote
ricis sermonibus sufficienter quedam, et utendum
ipsis. puta hoc quidem irrationabile ipsius esse, hoc
vero rationem habens. Hec autem utrum determinata sunt, quem
admodum corporis particule et omne quod divisibile,
vel ratione duo sunt indivisibilia apta nata, et
quemadmodum in periferia curvum et concavum, nichil differt
ad presens. Irrationabilis autem hoc quidem assimila
tur communi et plantativo. Dico autem causam eius quod est
nutriri et augeri. talem enim virtutem anime in
omnibus que nutriuntur ponet aliquis utique
et embrionibus, eandem autem utique hanc et in perfectis. Ration
abilius enim quam aliam aliquam. Huius quidem
igitur communis quedam virtus et non humana app
aret. videtur enim in sompnis operari maxime particu
la hec et potentia. bonus autem et malus nequaquam mani
festi sunt per sompnum. Unde dicunt nichil differre per di
midium vite felices a miseris. Contingit autem
hoc decenter. quies enim est sompnus anime per quod dicitur
studiosa et prava. Verum si quo paulatim
pertranseunt quidam motuum, et ita meliora fiunt
fantasmata studiosorum quam quorumlibet. Set
de his quidem sufficienter, et nutritivum sine
linquendum, quoniam humane virtutis expers na
tum est. Videtur itaque et alia quedam natura anime
irrationalis esse, participans quidem aliqualiter ra
tione. Incontinentis enim et continentis ra
tionem habentis laudamus. Recte enim et ad opti
ma deprecatur. Videtur autem et in ipsis aliud quiddam
preter rationem innatum quod adversatur et obviat rationi.

simpliciter enim quemadmodum dissolute corporis par
ticule in dextram prelegentium moveri in si
nistram preter contrarium feruntur, et in anima sic.
Ad contraria enim motus incontinentium. Sed in corpo
ribus quidem videmus quod preter motum
est, in anima vero non videmus. Forte autem
nichilominus et in anima existimandum
esse aliquid preter rationem contrarians huic et obvians.
Qualiter autem alterum nichil differt. ratione autem
et hoc videtur participare quemadmodum diximus. Ob
edit igitur rationi quod continentis. Adhuc autem forte
obediencius est quod sobrii et fortis. omnia enim consonat
rationi. Videtur itaque et irrationabile duplex. pla al' d'
ntativum quidem enim nequaquam communicat ratione. Concupi
scibile enim et totaliter appetibile participat aliqua
liter secundum quod exaudibile est eius et obaudibile. Ita
utique et patris et amicorum dicimus habere rationem et non
quemadmodum mathematicorum. Quoniam autem suade
tur aliqualiter a ratione irrationabile, innuit et
suasio et omnis increpatio et deprecatio. Si autem
oportet dicere et hoc habere rationem, duplex erit et rationem ha al' hns
bens, hoc quidem principaliter et in se ipso, hoc autem
quemadmodum patris audibile aliquid. Determinatur
autem virtus secundum differentiam hanc. dicimus enim harum has
quidem intellectuales, has autem morales. sapientiam
quidem et intellectum et prudentiam intellectu
ales, liberalitatem autem et sobrietatem morales.
Dicentes enim de moribus non dicimus
quoniam sapiens vel intelligens, sed quoniam mitis
vel sobrius. laudamus autem sapientem secundum habi
tum. habituum autem laudabiles virtutes dicimus.

Duplici autem virtute existente, hac
quidem intellectuali, hac autem morali, ea
quidem que intellectualis plurimum ex
doctrina habet et generationem et augmentum,
ideo experimento indiget et tempore. Moralis vero ex more
fit, unde et nomen habuit parum declinans a more.
Ex quo et manifestum quoniam nulla moralium vi
rtutum natura nobis innascitur. Nullum enim natura
existentium aliter assuescit, puta lapis natura deor
sum latus non utique assuescet sursum
ferri, neque si decies milies assuescat quis
eum sursum iaciens, neque ignis deorsum, neque
aliud aliquid eorum que aliter innata sunt aliter utique as
suescet. Neque igitur natura neque preter naturam innascuntur virtutes.

sed innatis quidem nobis suscipere eas, perfectis autem per assuetudinem. Adhuc quecumque quidem natura nobis adveniunt, potentias horum prius ferimus, posterius autem operationes horum reddimus. Quod in sensibus manifestum. Non enim ex multotiens videre aut ex multotiens audire sensus accepimus, sed e converso habentes usi sumus, non utentes habuimus. Virtutes autem accepimus operantes prius, quemadmodum et in aliis artibus. Que enim oportet facere addiscentes, hec facientes discimus, puta hedificantes hedificatores fiunt et cytharizantes cythariste. Sic autem et iusta quidem operantes iusti efficimur, temperata autem temperati, fortia autem fortes. Testatur autem et quod fit in civitatibus. Legislatores enim cives assuefacientes faciunt bonos, et voluntas quidem cuiuslibet latoris legis hec est. Quicumque vero hoc non bene faciunt peccant, et differt hec civilitas a civilitate ut bona a mala. Adhuc ex eisdem et per eadem et fit omnis virtus et corrumpitur. Similiter autem et ars. Ex cytharizare enim et boni et mali fiunt cythariste. Proportionaliter autem et hedificatores et reliqui omnes. Ex bene hedificare enim boni erunt edificatores, ex male autem mali. Si enim non sic haberet, nichil utique oporteret docente, sed omnes utique fierent boni et mali. Sic utique et in virtutibus habet. Operantes enim que in commutationibus que sunt ad homines efficimur hii quidem iusti, hii autem iniusti. Operantes autem que in periculis et assueti timere vel confidere, hii quidem fortes et hii quidem timidi. Similiter autem et que circa concupiscentias habent et iras. Hii quidem enim temperati et mites fiunt, hii autem intemperati et iracundi, hii quidem ex sic in ipsis conversari, hii autem ex sic. Et omnino et uno utique sermone ex similibus operationibus habitus fiunt. Propter quod oportet operationes quales reddere. Secundum harum enim differentias sequuntur habitus. Non parum igitur differt sic vel sic ex iuvene consuesci assuesci, sed multum magis autem omne.

Quoniam igitur presens negotium non contemplationis gratia est quemadmodum alia (non enim ut sciamus quid est virtus scrutamur, sed ut boni efficiamur, quia nullum utique esset proficuum eius), necessarium est scrutari ea que circa operationes, qualiter operandum est eas. Hee enim sunt domine et quales fieri habitus, quemadmodum diximus. Secundum quidem igitur rectam rationem operari commune, et supponatur. Dicetur autem posterius de hoc, et quid est recta ratio et qualiter se habet ad alias virtutes. Illud autem prius confessum sit, quod omnis qui de operabilibus est sermo typo et non secundum certitudinem debet dici, quemadmodum et in principio diximus. Quoniam sermones secundum materiam sunt expetendi. Que autem in operationibus et conferentia nichil stans habent, quemadmodum neque sana. Tali autem existente universali sermone, adhuc magis qui de singularibus est sermo non habet certitudinem. Neque enim sub arte neque sub enarratione aliqua cadit. Oportet autem ipsos operantes semper ea que ad tempus intendere, quemadmodum et in medicinali habet et gubernativa. Sed quamvis existente tali presente sermone, temptandum auxiliari. Primum igitur hoc speculandum, quoniam talia innata sunt ab indigentia et superhabundantia corrumpi. Oportet enim de immanifestis signis manifestis testimoniis uti, quemadmodum in fortitudine et sanitate videmus. Superhabundantia enim gymnasia et defficientia corrumpunt fortitudinem. Similiter autem et potus et cibi amplius et minus effecti corrumpunt sanitatem; que autem commensurata et faciunt et augent et salvant. Sic igitur et in temperantia et fortitudine habet et aliis virtutibus. Qui enim omnia timet et fugit et nichil sustinet timidus efficitur. Et qui nichil omnino timet, sed ad omnia vadit, audax. Similiter autem et qui omni voluptate potitur et a nulla recedit intemperatus est. Qui autem omnes fugit quemadmodum agrestes insensibilis. Corrumpitur enim temperantia et fortitudo a superhabundantia et defectu, a medietate autem salvatur. Sed non solum generationes et augmentationes et corruptiones ex eisdem et ab eisdem fiunt, sed et operationes in eisdem erunt. Etenim in aliis manifestioribus sic habet, puta in fortitudine. Fit enim ex multum cibum sumere et multos labores sustinere, et maxime potest hec facere fortis. Ita autem et in virtutibus est. Ex recedere enim a voluptatibus efficimur temperati, et effecti maxime possumus recedere ab ipsis. Similiter autem et in fortitudine. Assueti enim contempnere terribilia et sustinere ipsa efficimur fortes, et facti maxime poterimus terribilia sustinere. Signum autem oportet facere habituum supervenientem voluptatem vel tristitiam operibus. Qui quidem enim recedit a corporalibus voluptatibus et hoc ipso gaudet temperatus. Qui autem tristatur intemperatus. Et qui sustinet periculosa et gaudet vel non tristatur fortis, qui autem tristatur timidus. Circa voluptates enim et tristitias est moralis virtus. Propter voluptatem quidem enim mala operamur, propter tristitiam autem a bonis recedimus.

Propter quod oportet duci qualiter a iuventute statim ut Plato
ait. Quare et gaudere et tristari in quibus oportet. Re-
cta enim disciplina hec est. Adhuc autem si virtutes sunt
circa actus et passiones. Omni autem passioni et omni actui
sequitur delectatio et tristitia. Et propter hoc utique erit
virtus circa delectationes et tristitias. Demon-
strant autem et pene fientes per hec. Medicine autem quedam sunt.
Medicine autem per contraria innate sunt fieri. Adhuc
ut et prius diximus omnis anime habitus a quibus innatus
est fieri deterior et melior, ad hec et circa hec naturam habet.
Propter voluptates enim et tristitias pravi fiunt, in persequen-
do eas et fugiendo, vel quas non oportet vel quando non oportet vel
ut non oportet vel qualiter alias a ratione determinatur talium. Propter quod
determinant virtutes impassibilitates quasdam
et quietes. Non bene autem, quoniam simpliciter dicunt, sed ut non
oportet et quando non oportet et quecumque alia apponuntur.
Supponitur ergo virtus esse talis circa voluptates
et tristitias optimorum operativa, malitia autem contrariorum.
Fiet autem utique nobis manifestum ex hiis adhuc
de eisdem. Tribus enim existentibus que in electionibus
et tribus que in fugis, bono conferente delec-
tabili, et tribus contrariis malo nocivo tristi, circa hec
quidem omnia bonus directivus est, malus autem pec-
cativus, maxime autem circa delectationem. Communis enim hec animalibus, et
omnibus que sub electione assequitur. Etenim
bonum et conferens delectabile esse videtur.
Adhuc autem ex puero omnibus nobis connutritur.
Propter quod difficile abstergere hanc passionem concretam
vite. Regulamus autem et operationes
hii quidem magis, hii quidem minus, delectatione
et tristitia. Propter hoc quidem ergo necessarium est esse circa hec omne ne-
gotium. Non enim parvum in operationes bene vel male gau-
dere et tristari. Adhuc autem difficilius volupta-
ti pugnare quam ire, quemadmodum ait Eraclitus.
Circa difficilius autem semper et ars fit et virtus. Etenim
bene melius in hoc erit. Quare et propter hoc circa de-
lectationes et tristitias omne negotium et virtuti
et politice. Qui quidem enim bene hiis utitur bonus
erit, qui autem male malus. Quoniam quidem igitur
est virtus circa delectationes et tristitias, et quoniam
ex quibus fit ab hiis et augetur et corrumpitur non
similiter factis, et quoniam ex quibus fit circa hec et operatur, dictum sit.

Quereret autem utique aliquis qualiter dicimus
quoniam oportet quidem iusta operantes iustos fi-
eri, temperata autem temperatos. Si enim operantur iusta et temperata,
iam sunt iusti et temperati, quemadmodum si gramma-
tica et musica, iam sunt grammatici et musici.
Vel neque in artibus ita habet? Contingit enim gramma-
ticum quid facere et a casu et alio supponente.
Tunc ergo erit grammaticus si grammaticum quid fa-
ciat et grammatice. Hoc est autem secundum eam que in
ipso grammaticam. Adhuc autem neque simile est in artibus
et virtutibus. Que quidem enim ab artibus fiunt bene habent
in eis. Sufficit ergo hec qualiter habentia fieri. Que
autem secundum virtutes fiunt, non si ipsa qualiter iuste vel
temperate operata sunt, sed et si operans qualiter habens
operetur: primum quidem si sciens, deinde si eligens
et eligens propter hec, tertium autem et si firme et immobi-
liter habens et operetur. Hec autem ad alias quidem artes
habere non connumerantur preter ipsum scire. Ad virtutes
autem scire quidem parvum aut nichil prodest.
Alia autem non parvum, sed omnia possunt, que ex
multotiens operari iusta et temperata adveniunt.
Res autem quidem igitur iuste et temperate dicuntur,
quando sunt tales quales utique iustus et temperatus
operabitur. Iustus autem et temperatus est, non qui hec
operatur, sed qui et sic operatur ut iusti et temperati
operantur. Bene igitur dicitur quoniam ex iusta operari iu-
stus fit et ex temperata temperatus. Et ex non operari autem
hec nullus utique in eventu fieri bonus. Sed
multi hec quidem non operantur, ad rationem autem fugientes
existimant philosophari et sic fore studiosi, simile
aliquid facientes laborantibus qui medicos
audiunt studiose, faciunt autem nichil horum que precep-
ta sunt. Quemadmodum igitur neque illi bene habebunt cor-
pus ita curati, neque isti animam ita philosophantes.

Post hec autem quid est virtus scrutandum.
Quoniam igitur que in anima fiunt tria sunt, pa-
ssiones, potentie et habitus, horum aliquid utique
erit virtus. Dico autem passiones quidem concu-
piscentiam, iram, timorem, audaciam, invidiam,
gaudium, amicitiam, odium, desiderium, zelum,
misericordiam, universaliter quibus sequitur delectatio vel tri-
stitia. Potentias autem secundum quas passibiles horum
dicimur, puta secundum quas potentes tristari vel tristari
vel misereri. Habitus autem secundum quos ad passi-
ones habemus bene vel male, puta ad irasci
si quidem vehementer vel remisse, male habemus,
si autem medie, bene. Similiter autem et ad alia. Passi-
ones quidem igitur non sunt neque virtutes neque malitie.

Amplius neque dicimur secundum passiones studiosi vel
pravi. secundum autem virtutem et vel maliciam di
cimur. Et quidem secundum passiones quidem neque lau
damur neque vituperamur. Non enim laudatur
qui timet neque qui irascitur neque vituperatur
qui simpliciter irascitur sed qui qualiter. secundum autem
virtutes et vel malicias laudamur vel vitu
peramur. Adhuc irascimur quidem et timemus
non sponte. virtutes autem electiones quedam
vel non sine electione. Adhuc autem secundum passiones
quidem moveri dicimur. secundum autem virtutes et vel
malicias non moveri sed disponi qualiter. Propter hec
autem neque potentie sunt. neque enim boni dicimur propter pati possibiles
simpliciter neque mali neque laudamur neque vituperam
ur. Et adhuc potentes sumus quidem natura. boni autem
vel mali non efficimur natura. Diximus autem prius
de hiis. Si igitur neque passiones sunt virtutes neque
potentie. relinquitur habitus eas esse. Quid quidem igitur genere
est virtus dictum est.

Oportet autem non solum sic dicere. quoniam habi
tus. sed et qualis quidem. Dicendum igitur quoniam
virtus omnis. cuius utique virtus fuerit. et id bene habens
perficit. et opus eius bene reddit. puta oculi virtus.
Et oculum studiosum facit. et opus eius. oculi enim
virtute bene videmus. Similiter et equi virtus.
equum studiosum facit. et bonum ad currendum
et ferendum. ascensorem et expectandum bell
atores. Si itaque hoc in omnibus ita habet. et hominis vir
tus erit utique habitus. ex quo bonus homo fit.
Et a quo bene opus suum reddit. Qualiter autem hoc
autem erit iam quidem diximus. Adhuc et sic erit mani
festum si speculati fuerimus qualis quedam est
natura ipsius. In omni itaque continuo et divisibili
est accipere. hoc quidem plus. hoc autem minus. hoc
vero equale. Et hec vel secundum ipsam rem. vel ad nos.
Equale autem medium quoddam superhabundantie et
defectus. Dico utique rei quidem medium quod
equaliter distat ab utroque extremorum. quod est
unum et idem omnibus. Ad nos autem quod neque habun
dat neque deficit. hoc autem neque unum neque idem omnibus. pu
ta si decem multa. duo autem pauca sex medi
a accipiunt secundum rem. Equaliter enim excedunt et exce
duntur. hoc. hoc autem medium secundum arismeticam
proportionem. Quod autem ad nos non ita sumendum. Non
enim si alicui decem mine comedere multum. duo autem

paucum. magister sex minas precipiet. est
enim forte et hoc sumenti vel paucum. Miloni quidem
enim paucum. incipienti autem gignasiorum multum.
Similiter et cursu et palestra. Sic utique omnis sci
ens superhabundantiam et defectum fugit. medi
um autem querit et hoc eligit. medium autem non
rei sed quod ad nos. Si utique omnis scientia sic
opus bene perficit ad medium respiciens. et in hoc
ducens opera. unde consueverunt dicere bene habentibus
operibus. quoniam neque apponere est. neque auferre. ut
superhabundantia quidem et defectu corrumpente
bene. medietate autem salvante. boni autem artifi
ces. ut diximus ad hoc respicientes operantur.
Virtus autem omni arte certior et melior est. quem
admodum et natura medii utique erit coniectatrix. Dico autem
moralem. hec enim est circa passiones et operationes. In
hiis autem est superhabundantia et defectus. et medium
puta et timere et audere. et concupiscere et irasci
et misereri. et universaliter delectari et tristari est et
magis et minus. et utraque non bene. Quando autem oportet et
in quibus. et ad quos. et cuius gratia. et ut oportet. et medium
Et optimum quod est in virtute. Similiter autem
et circa operationes est superhabundantia et de
fectus et medium. Virtus autem circa passiones
et operationes est. In quibus quidem superhabun
dantia viciosa est. et defectus vituperatur.
Medium autem laudatur et dirigitur. hec autem am
bo virtutis. medietas quedam igitur virtus con
iectatrix existens medii. Adhuc peccare
quidem multis modis est. malum enim infiniti ut
pictagorici assimilaverunt. bonum enim finiti.
dirigere autem uno modo. Ideoque hoc quidem
facile. hoc autem difficile. facile quidem non con
tingere signum. difficile autem contingere. Et propter hoc
malicie quidem superhabundantia et defectus. vir
tutis autem. medietas. Boni quidem enim simpliciter.
Multipharie autem mali. Est igitur virtus habi
tus electivus in medietate existens quo
ad nos determinata ratione. et ut utique sapiens
determinabit. Medietas autem duarum mali
ciarum. huius quidem secundum superhabundantiam. huius autem secundum
defectum. Et adhuc huic. has quidem deficere
has autem superhabundare ab eo quod oportet in passi
onibus et operationibus. Virtutem autem medium et
invenire et eligere. Propter quod secundum substantiam quidem et rationem

quod est dicere medietas est virtus. Secundum op
timum autem et bene extremitas. Non autem susci
pit omnis operatio neque omnis autem passio me
dietatem. Quedam enim confestim nominata conuo
luta sunt cum malitia, puta gaudium de malo
et inuerecundia et inuidia; et in operationibus
adulterium, furtum, homicidium. Hec enim omnia
et que talia dicuntur per se ipsa mala esse, sed non
superabundantie ipsorum neque defectus. Non
igitur est circa ea umquam esse dirigere, sed semper peccare. Neque
bene vel non bene esse talia in eo quod ut oportet et quando et
quomodo, puta adulterari, sed simpliciter facere quodcum
que horum peccatum est. Simile igitur attribuere et circa in
iusta facere et timere et luxuriantem esse medi
etatem esse et superabundantiam et defectum.
Erit enim sic superabundantie et defectus me
dietas, et superabundantie superabundantia
et defectus defectus. Quemadmodum autem tempera
ntie et fortitudinis non est superabundantia et
defectus, propter medium esse aliqualiter extremum, ita
neque illorum medietas neque superabundantia et
defectus, sed ut utique operatum est uitiosum
est. Vniuersaliter enim neque superabundantie neque defectus
est medietas, neque medietatis superabundan
tia et defectus.

Oportet autem hoc non solum uniuersaliter dici, sed et
his que secundum singula aptare. In
his enim que sunt circa operationes sermonibus, uniuersales quidem
communiores sunt, particulares autem ueriores. Circa
singula enim operationes. Oportunum autem in hiis con
cordare. Sumendum igitur hec ex descriptione. Cir
ca timores quidem igitur et audacias fortitudo
medietas. Superabundantium autem qui quidem timi
ditate quidem innominatus; multa autem sunt innomina
ta. Qui autem in audere superabundat audax.
Qui uero in timere superabundat, audere
autem deficit timidus. Circa delectationes
autem et tristitias non omnes, minus autem et circa tri
stitias, medietas quidem temperantia, superabun
dantia autem intemperantia. Deficientes autem circa de
lectationes non multum fiunt; propter quod neque no
mine non sunt sortiti. Sint autem insensibiles. Ci
rca dationem autem pecuniarum et acceptionem medie
tas quidem liberalitas, superabundantia autem et
defectus prodigalitas et illiberalitas. Contrarie

autem in hiis superabundant et deficiunt. Pro
digus quidem enim in distributione superabun
dat, in acceptione autem deficit. Illiberalis autem
in acceptione quidem superabundat, in distri
butione uero deficit. Nunc quidem igitur typo et in
capitulo dicimus contenti hoc ipso. Posterius autem
certius de ipsis hiis determinabitur. Cir
ca pecunias autem et alie dispositiones sunt. Medie
tas quidem magnificentia. Magnificus
enim differt a liberali. Hic quidem enim est magnorum,
hic autem est paruorum. Superabundantia autem apy
rokalia et banausia, defectus uero paruificentia.
Differunt autem hee ab hiis que circa liberalita
tem. Quo autem differunt posterius dicetur. Cir al' quo
ca honorem autem et inhonorationem medietas
quidem magnanimitas, superabundantia autem
chaymotes quedam dicta, defectus autem pusilla
nimitas. Sicut autem diximus habere ad aliud ma
gnificentiam liberalitatem esse circa parua differ
entem, ita habet quedam et ad magnanimita
tem circa honorem existentem magnum, hec circa
esse paruum existentem. Est enim ut oportet appetere
honorem et magis quam oportet et minus. Dicitur autem qui
superabundat quidem desideriis philotimus.
Qui autem deficit aphilotimus. Medius autem inno
minatus. Innominate autem et dispositiones, uerum
philotimi philotimia. Unde contendunt extremi
de media regione. Et nos autem est quando me
dium philotimum uocamus. Est autem quando
aphilotimum; et est quando laudamus philoti
mum, est autem quando aphilotimum. Propter quam autem
causam hoc facimus in hiis que deinceps di
centur. Nunc autem de reliquis dicamus secundum nar
ratum modum. Est autem et circa iram super
habundantia et defectus et medietas. Fere
autem innominatis existentibus hiis ipsum me
dium mansuetum dicentes medietatem
mansuetudinem uocamus. Extremorum autem qui
quidem superabundat iracundus sit, mali
tia autem iracundia; qui autem deficit inirascib
ilis quidem, defectus autem inirascibilitas. Sunt
autem et alie tres medietates, habentes quidem
quandam similitudinem ad inuicem. Differentes
quidem ab inuicem. Omnes enim sunt circa sermonum et operatio
num communionem. Differunt autem quoniam hec quidem est circa uerum

que est in ludis. hoc autem est delectabile. huius autem hoc quidem
in ludis. hoc autem quodcumque in omnibus que secundum vitam.
Dicendum igitur et de hiis ut magis cognoscamus
quoniam in omnibus medietas est laudanda. extrema
autem neque recta neque laudabilia sed vituperabilia.
Sunt autem quidem igitur et horum plura innominata. temptandum autem
quemadmodum et in aliis ipsis nomina fingere manifestationis
gratia et boni quod consequitur. Circa verum quidem igitur
medius verax est quis. et medietas veritas di-
catur. fictio autem que quidem ad maius iacta-
tia. Et qui habet eam iactator. que autem ad minus
yronia et yron. Circa autem delectabile quod quidem
est in ludo medius quidem eutrapelos. et dispositio eu-
trapelia. superhabundantia autem bomolochia.
Et qui habet eam bomolochos. qui autem deficit
agroicos. et habitus agroykeya. Circa re-
liquum autem delectabile quod in vita. qui quidem ut oportet
delectabilis est. amicus. et medietas est
amicitia. Qui autem superhabundat. siquidem
nullius gratia placidus. si autem utilitatis ali-
cuius sui blanditor. Qui autem deficit et in omnibus inde-
lectabilis litigiosus quis et discolus. Sunt
autem et in passionibus et in hiis que circa passiones me-
dietates. Verecundia quidem enim virtus quidem
non est. laudatur autem et verecundus. et in hiis
enim hic quidem dicitur medius. Qui autem superhabun-
dat ut cataplex qui omnia verecundatur. Qui autem
deficit vel nequaquam verecundatur inverecundus.
Nemesis autem medietas invidie et epicha-
thasti tharakia. Sunt autem quidem circa tristi-
tiam et delectationem in hiis que accidunt pro-
ximis facta. Nemeseticus quidem enim tristatur de
indignis bene operantibus. invidus autem sup-
excedens hunc in omnibus tristatur. Epichare-
kakius autem tantum deficit a tristando ut et gau-
deat. Sed de hiis quidem igitur et alias tempus erit.
De iustitia autem quia non simpliciter dicitur. post
hec dividentes de utraque dicemus qualiter me-
dietates sunt. et de rationalibus virtutibus.

Tribus autem dispositionibus existentibus dua-
bus quidem malitiis. hac quidem secundum super-
habundantiam. hac autem secundum defectum. una autem
virtute medietate. omnes omnibus opponuntur
aliqualiter. extreme quidem enim et medie et ad invicem
contrarie sunt. medie autem extremis. Quemadmodum

enim equale ad minus quidem maius. ad maius
autem minus. ita medii habitus ad defectus quidem
superhabundant. ad superhabundantias deficiunt
in passionibus et operationibus. Fortis enim ad timi-
dum quidem audax videtur. ad audacem autem timi-
dus. Similiter autem et temperatus ad insensibilem quidem intemperatus.
ad intemperatum insensibilis. autem insensibilis. Libera-
lis ad illiberalem prodigus. ad prodigum autem illi-
beralis. Propter quod et repellunt medium extremi alter
ad alterum. et vocant fortem timidus quidem audacem. et
audax autem timidum. et in aliis proportionaliter. Sic
autem oppositis hiis. maior contrarietas est extremis
ad invicem. longius enim distant hec ad invicem quam
ad medium. Quemadmodum magnum a parvo et parvum
a magno magis quam ambo ab equali.
Adhuc et ad medium quidem quibusdam extremis
similitudo quedam videtur. ut audacia ad fortitu-
dinem. et prodigalitati ad liberalitatem. Extremis
autem ad invicem plurima dissimilitudo. que autem plurimum
distant ab invicem contraria terminantur. Quare et
magis contraria que plurimum distant. Ad me-
dium autem opponitur in hiis quidem magis defectus.
in hiis autem superhabundantia. puta fortitu-
dini quidem non audacia superhabundantia
existens. sed timiditas defectus existens. Tem-
perantie autem non insensibilitas indigentia
existens. sed intemperantia superhabundantia exi-
stens. Propter autem duas causas hoc contingit. una quidem
que est ex ipsa re. In essendo enim proximum et
similius alterum extremorum medio. non hoc sed contrarium oppo-
nimus medio magis. puta quia similius esse videtur
fortitudini audacia et proximius. dissimilius
timiditas. hanc magis opponimus. Dista-
tia enim plus a medio contraria magis videntur esse. et
una quidem igitur causa hec ex ipsa re. alia autem ex nobis
ipsis. ad que enim ipsi magis nati sumus aliqualiter.
hec magis contraria medio videntur. puta ipsi ma-
gis nati sumus ad delectationes. ideo facilius
mobiles sumus ad intemperantiam quam ad tempera-
tiam. hec igitur magis contraria dicimus ad que magis
augmentum fit. et propter hoc intemperantia superhabunda-
tia existens magis contraria est temperantie. Quoniam
quidem igitur est virtus moralis medietas et qualiter.
et quoniam est medietas duarum malitiarum. huius quidem
secundum superhabundantiam. huius autem secundum defectum. et quoniam

[Marginal notes: medius autem verecundus — similiter ad — adversus — R — ad invicem — quam ad medium]

talis quia coniecturativa medii est eius quod in passio-
nibus et operationibus sufficienter dictum est. Propter quod
et difficile studiosum esse. In unoquoque enim
medium suscipere difficile, puta circuli medium
non cuiuslibet sed scientis. Sic autem et irasci quidem cui-
libet et facile, et dare argentum et consumere. Cui
autem et quantum et quando et cuius gratia et qualiter, non adhuc cui-
libet neque facile. Quia est bene rarum et laudabile
et bonum. Propter quod oportet coniecturantem medium primum
quidem recedere a medio magis contrario, quemadmodum et
Calipso monebat: huius extra fumum quidem et
fluctum custodi navem. Extremorum enim
hoc quidem est peccativum magis, hoc autem minus.
Quoniam igitur medium attingere summe dif-
ficile, secundam autem aiunt navigationem minima
sumenda malorum. Hoc autem erit maxime hoc
modo quo diximus. Intendere autem oportet ad que et
ipsi facile mobiles sumus. Alii enim ad alia apti
nati sumus. Hoc autem erit notum ex delecta-
tione et tristitia facta circa nos. In contrarium autem nos
ipsos attrahere oportet. Multum enim abducentes
a peccato in medium veniemus, quod tortuosa lignorum
dirigentes faciunt. In omni autem maxime
observandum delectabile et delectationem. Non enim
non accipientes iudicamus eam. Quod quidem igitur ple-
bis senes patiebantur ad Elenam, hoc oportet pati
et nos ad delectationem, et in omnibus illorum dicere vocem.
Sic enim abicientes ipsam minus peccabi-
mus. Hec enim facientes ut in capitulo dicimus maxime
poterimus medium adipisci. Difficile autem forsi-
tan hoc, et maxime in singularibus. Non enim facile
determinare qualiter et quibus et in qualibus et quanto
tempore irascendum. Et enim nos quandoque quidem defi-
cientes laudamus et mansuetos dicimus,
quandoque autem sevientes viriles vocamus. Sed
qui quidem parum a bono transgreditur non vituperatur,
neque ad maius neque ad minus; sed qui plus, iste enim
non latet. Hoc autem usque ad quid et quantum vitupera-
bilis non facile sermone determinare. Neque enim ad
aliud sensibilium. Talium autem in singularibus
et in sensu iudicium. Hoc quidem igitur tantum ostendit quoniam
medius habitus omnibus laudabilis. Decli-
nare autem oportet quandoque quidem ad superhabundantiam, quandoque
autem ad defectum. Sic enim facile medium et quod bene
adipiscemur.

Virtute itaque et circa passiones
et operationes existente, et in
voluntariis quidem laudibus
et vituperiis factis, in involun-
tariis autem venia, quandoque autem
et misericordia, voluntarium necessarium forsitan determinare
de virtute intendentibus. Utile autem et
legislatoribus ad honores et penas. Vi-
dentur autem involuntaria esse que violenta
vel per ignorantiam fiunt. Violentum autem est cuius
principium extra, tale existens in quo nil confert op-
erans vel patiens, puta si spiritus tulerit alicubi
vel homines domini existentes. Quecumque autem propter timorem
maiorum malorum operata sunt vel propter bonum aliquod,
puta si tyrannus precipiat turpe aliquid opera-
ri, dominus existens parentum et filiorum, et operante
quidem salventur, non operante autem moriantur,
dubitationem habet utrum involuntaria sunt
vel voluntaria. Tale autem aliquid accidit et
circa eas que in tempestatibus eiectiones. Simpli-
citer quidem nullus eicit ens voluntarie; in salute autem
sui et aliorum omnes intellectum habentes. Mixte quidem
igitur sunt tales operationes, assimilantur autem magis
voluntariis. Voluntarie autem sunt tunc cum operantur
sunt. Finis autem operationis secundum tempus est. Et voluntarium
autem et involuntarium quando operatur dicendum. Operatur
autem volens. Et enim principium movendi or-
ganicas partes in talibus in ipso est. Quorum
autem in ipso principium, in ipso et operari et non. Volun-
taria itaque talia. Simpliciter autem forsitan invo-
luntaria. Nullus enim utique eligeret per se
ipsum talium aliquid. In operationibus autem ta-
libus quandoque laudantur, quando turpe aliquid vel
triste sustinent pro magnis et bonis. Cum autem e contrario, vi-
tuperantur. Turpissima enim sufferre pro
nullo bono vel modico pravi. In aliquibus
autem laus quidem non fit, venia autem, quando propter hec
operatur que non oportet, que humanam naturam excedunt et
nullus utique sustineret. Quedam autem forte
non est cogi, sed magis moriendum patien-
tem dirissima. Et enim Euripidis Alcmeona de-
risoria videntur cogentia matrem occidere.
Est autem difficile quandoque iudicare quale pro quali
eligendum, et quid pro quo sustinendum.
Adhuc autem difficilius immorari cognitis

ut enim in multum est que quidem expectan
tur tristitia. Que autem coguntur tur
pia. Unde laudes et vituperia fiunt circa
coactos vel non. Qualia quidem igitur dicendum vio
lenta vel simpliciter quidem. quando causa in hiis
que extra est. et quod operatur nichil confert.
Quod autem per se ipsa quidem involuntaria
sunt. nunc autem pro hiis voluntaria.
Quorum autem principium in operante. per se
ipsa quidem involuntaria sunt. nunc autem et
pro hiis involuntaria. magis autem assimila
ntur voluntariis. Operationes enim in sin
gularibus. hec autem voluntaria. Qualia autem
pro qualibus eligendum non facile tradere.
Multe enim differentie sunt in singularibus. Si
quis et bona et delectabilia dicat violenta
esse. cogunt enim extra existentia. omnia utique
sic erunt violenta. horum enim gratia omnes omnia
operantur. Et qui quidem vi et nolentes
cum tristitia. Qui autem propter bonum et delectatio
ne. Ridiculum autem causari que extra.
sed non ipsum bene venabilem existentem a talibus.
Et bonorum quidem se ipsum turpium autem delecta
bilia. Videtur utique violentum esse cuius extra
existens principium. nichil conferente vim
passo.

Quod autem propter ignorantiam. non
voluntarium quidem omne est. invol
untarium autem quod triste. et in penitudine. Qui
enim propter ignorantiam operatur quodcumque. nichil tri
status in operatione. volens quidem non operatus
est quod non sciebat. Neque rursus nolens. non
tristatus de eo quod propter ignorantiam. Qui
quidem in penitudine. nolens videtur. Qui
autem non penitet quia alter. sit non volens.
Quia enim differt. melius est habere nomen
proprium. Alterum autem videtur propter ignorantiam
operari ab eo quod est ignorantem facere. Ebri
us autem aut qui irascitur. non videtur propter in
gnorantiam operari. sed propter aliquid horum que
dicta sunt. non sciens autem sed ignorans. Ignorat
quidem igitur omnis malus que oportet operari. et
a quibus fugiendum. Et propter tale peccatum
iniusti vel mali fiunt. Involuntarium autem vult
dici. non si quis ignorat quod confert. Non enim
que in electione ignorantia causa involuntarii.
sed malitie. neque que universalis. vituperantur enim
propter hanc. sed que in singularibus in quibus et circa que
operatio. In hiis enim misericordia et venia. Horum autem aliquid
ignorans. involuntarie operatur. Forsitan
igitur non malum determinare hec. et que et quot sunt.
Et quis utique. et quid. et circa quid. vel in quo operatur.
Quandoque autem et quo. puta instrumento. et gratia cuius. puta salu
tis. et qualiter. puta quiete vel vehementer. Omnia
quidem igitur hec nullus utique ignorabit non insaniens.
Manifestum autem quod neque operantem. Qualiter enim
se ipsum. Quod autem operatur ignorabit
utique aliquis. puta dicentes aiunt excidere
ipsos. vel non scire quoniam secreta erant. quemad
modum Aysculus misteria. vel monstrare volens dimi
ttere. ut qui telum. Existimabit utique aliquis
et filium oppugnatorem esse quemadmodum Merope.
Et rotundari lanceatam hastam. vel lapidem
pumicem esse. et in salutem potiens. occidere
utique. et ostendere volens quemadmodum pugiles per
cutiens utique. Circa omnia utique hec igno
rantia existente in quibus operatio. qui horum aliquid
ignorat. nolens videtur operari. et maxime
in principalissimis. Principalissima autem esse
videntur in quibus operatio et cuius gratia. Secundum
talem utique ignorantiam involuntario
dicto. adhuc oportet operationem tristem esse et in penitudine.

Existente autem voluntario quod vi et propter igno
rantiam. voluntarium videbitur utique
esse cuius principium in ipso scienti singularia in quibus
est operatio. Forsitan enim non bene dicitur involunta
ria esse que propter iram vel concupiscentiam. Pri
mum quidem enim nullum adhuc aliud aliorum volun
tarie operabitur. neque pueri. Deinde utrum nichil
voluntarie operamur eorum que propter concupiscentiam et
iram. vel bona quidem voluntarie. mala autem non
voluntarie. Vel ridiculum una causa existente. In
conveniens autem forte involuntaria dicere que
oportet appetere. Oportet autem et irasci in quibusdam. et con
cupiscere quedam. puta sanitatem vel disci
plinam. Videntur autem involuntaria quidem
tristia esse. Quod autem secundum concupiscentiam delectabi
lia. Adhuc autem quid differunt in essendo volun
taria que secundum cogitationem vel iram peccata. Fugienda enim
ambo. Videntur autem non minus humane esse.

irrationabiles passiones. quare et operationes hominis ab ira et concupiscentia. Inconveniens itaque ponere involuntaria has.

Determinatis autem voluntario et involuntario, de electione sequitur pertransire. maxime enim videtur proprium esse virtuti et magis mores iudicare operibus. Electio utique voluntarium esse videtur. non idem autem. sed in plus voluntarium. Voluntario quidem enim et pueri et alia animalia communicant. electione autem non. Et repentina voluntaria quidem dicimus. secundum electionem autem non. Dicentes autem ipsam concupiscentiam vel iram vel voluntatem vel quandam opinionem videntur recte dicere. Non enim communis electio et irrationabilium. concupiscentia autem et ira. Et incontinens concupiscens quidem operatur. eligens autem non. continens autem econtra eligens quidem. concupiscens autem non est. Et electioni quidem concupiscentia contrariatur. concupiscentia autem concupiscentie non. Et concupiscentia quidem delectabilis et tristis. Electio autem neque tristis neque delectabilis. Ira autem adhuc minus. nequaquam enim que propter iram secundum electionem esse videntur. Set neque voluntas. quamvis propinqua esse videatur. Electio quidem enim non est impossibilium. Et si quis dicat eligere, videbitur utique insipiens esse. voluntas autem est impossibilium. puta immortalitatis. Et voluntas quidem est et ea que nequaquam per ipsum operata sunt. puta ypocritam aliquem vincere vel athletam. eligit autem talia nullus. sed quecumque existimat fieri per ipsum. Adhuc autem voluntas finis est magis. electio autem eorum que ad finem. puta sanitatem volumus. eligimus autem ea per que sani erimus. et felices esse volumus et dicimus. eligimus autem dicere non congruit. quod admodum invenire. Universaliter autem videtur electio esse circa ea que in nobis esse. Sed neque opinio utique erit. Opinio enim videtur esse omnia esse. nichil minus eternorum et impossibilium. et ea que in nobis. Et falso et vero dividitur. non malo et bono. electio autem hiis magis. Universaliter quidem igitur opinioni non idem forsitan neque dicit aliquis. Set neque cuidam. In eligendo enim bona vel mala quales quidem sumus. In opinando autem non. Et eligimus quidem accipere vel fugere vel aliquid talium. Opinamur autem quid est vel cui confert vel qualiter. accipere autem vel fugere non multum opinamur. Et electio quidem laudatur in eo quod cuius oportet magis vel recte. opinio autem in eo quod ut vere. Et eligimus quidem que maxime scimus bona esse. Opinamur autem que non multum scimus. Et videntur non iidem et eligere optima et opinari. Sed quidam opinari quidem melius. propter maliciam autem eligere que non oportet. Si autem prefit opinio electionem vel subsequatur. nichil differt. non enim hoc intendimus. sed si idem est opinioni cuidam. Quid igitur vel quale quid est. quoniam dictorum nichil. voluntarium quidem videtur. voluntarium autem non omne eligibile. sed utique preconsiliatum. Electio enim cum ratione et intellectu. Subsignare autem videtur et nomine ut eius prius eligibile. (al' si idem. al' vel idem)

Consiliantur autem utrum de omnibus. et omne consiliabile est. aut de quibusdam non est consilium. Dicendum autem forsitan consiliabile non de quo consiliabitur utique aliquis insipiens vel insanus. sed de quibus intellectum habens. De eternis autem nullus consiliatur. puta de mundo vel dyametro vel costa quoniam incommensurabiles. Sed neque de hiis que in motu. semper enim secundum eadem fiunt. sive ex necessitate sive natura vel propter aliquam aliam causam. puta solis versionibus et ortibus. Neque de hiis que alias aliter. puta siccitatibus et ymbribus. Neque de hiis que a fortuna. puta thesauri inventione. Neque de humanis omnibus. puta qualiter optime conversentur scite. nullus lacedemoniorum consiliatur. Non enim fiet utique eorum per nos aliquid. Consiliamur autem de hiis que in nobis et operabilibus. Hec autem sunt et sunt reliqua. cause enim videntur esse natura et necessitas et fortuna. adhuc autem et intellectus et omne quod per hominem. hominum autem singuli consiliantur de hiis que per ipsos operabilibus. Et quidem de certis et per se sufficientibus disciplinarum non est consilium. puta de litteris. non enim dubitamus qualiter scribendum. sed quecumque fiunt per nos. Non similiter autem semper de hiis consiliamur. puta de hiis que secundum medicinalem et negotiativam. et de gubernativa et magis quam gimnasticam. quanto

minus certificata est. et adhuc de reliquis.
Magis autem et circa artes. quam et disciplinas
magis enim de ipsis dubitamus. Consili-
ari autem in hiis que ut frequencius incertis
autem qualiter evenient. et in quibus indeterminatum.
Consiliatores autem assumimus in magnis
discredentes nobis ipsis velud non sufficien-
tibus dinoscere. Consiliamur autem non de fini-
bus. sed de hiis que sunt ad fines. neque enim me-
dicus consiliatur si sanabit. neque rethor si per-
suadebit. neque politicus si pacem faciet.
Sed reliquorum aliquis de fine. Sed ponentes
finem aliquem. qualiter et per que erit inten-
dunt. et si per plura quidem videatur fieri. per
quem facillime et optime intendunt. sed sit autem
per unum perficiatur. qualiter per hoc erit. et illud per
quem quousque utique perveniant ad primam causam
que in inventione ultima est. Qui enim
consiliatur videtur querere et resolvere
dicto modo. quemadmodum dyagramma. Videtur autem quod
quidem non omnis esse consilium. puta mathematice.
consilium autem omne questio. et quod ultimum est in resolu-
cione primum esse in generatione. Et si quidem impossibile
inveniunt desistunt discedunt. puta si pecu-
niis indigent. has autem non possibile est tri-
bui. Si autem possibile videatur incipiunt
operari. Que enim per amicos per nos aliqualiter
sunt principium enim in nobis. Queruntur autem
quandoque quidem instrumenta. quandoque autem necessitas eorum. Similiter
autem et in reliquis. quandoque quidem per quem. quandoque autem qualiter
vel per quem. Videtur autem quemadmodum dictum est homo esse
principium operum. Consilium autem de operabili-
bus ab ipso. Operationes autem aliorum gratia. Non igitur
utique erit consiliabilis finis. sed que ad fi-
nes. Sed neque utique singularia. puta si panis
hoc. vel digestum est ut oportet. vel factum est ut oportet. Sen-
sus enim certificat hec. Si autem semper consiliabitur in infi-
nitum veniet. Consiliabile autem et eli-
gibile idem. verumtamen determinatum etiam eligi-
bile. Quod enim ex consilio prejudicatum est eli-
gibile est. Quiescit enim unusquisque querens
qualiter operabitur. quando in se ipsum reducit
principium. et ipsius in maneries. hoc enim est quod
eligitur. Manifestum autem et ex antiquis ur-
banitatibus quas Homerus imitatur. Re-
ges enim que eligebant annuntiabant ple-
bi. Existente autem eligibili consiliabili desi-
derabili eorum que in nobis. et electio utique erit con-
siliabile desiderium eorum que in nobis. Ex con-
siliari enim iudicantes desideramus consilium. Electio
quidem igitur typo. nunc non ut consuetum est dicere
et de quibus est. scilicet ubi dictum sit. et quia eorum qualia est. et quia
eorum que ad fines.

Voluntas autem quoniam quidem finis est dic-
tum est. Videtur autem hiis quidem per se boni esse. hiis
autem apparentis boni. Contingit autem volun-
tabile per se bonum dicentibus non esse volupta-
bile. quod vult qui non recte vult. Si enim
erit voluntabile et bonum erit autem si sic con-
tingit malum. Rursus autem apparens bonum
voluntabile dicentibus non esse natura voluta-
bile. sed unicuique quod quidem videtur aliud ad aliud
videtur. et si sic contingit contraria. Si utique autem
hec non placent. igitur dicendum simpliciter quidem quod secundum veritatem
voluntabile esse per se bonum. Unicuique autem quod
videtur. Studioso quidem igitur quod secundum veritatem esse. pravo
autem quod contingit. quemadmodum et in corporibus bene di-
spositis quidem sana sunt secundum veritatem talia existen-
tia. infirmis autem altera. Similiter autem et amara et
dulcia. et calida et gravia. et aliorum singula. Studi-
osus enim singula iudicat recte. et in singulis
verum ei apparet. Secundum unumquemque enim habitum propria sunt
et bona et delectabilia. et differunt multum forsi-
tan studiosus per hoc verum in singulis videre quem-
admodum regula et mensura ipsorum existens. In multis
autem deceptio propter delectationem fieri videtur. non enim ex-
istens bonum videtur. Desiderant igitur delecta-
bile ut bonum. tristiciam autem ut malum fu-
giunt.

Existente utique voluntabili quidem
fine. consiliabilibus autem et eligibilibus
eorum que ad finem. que circa hec operationes erunt
utique et voluntarie. Virtutum autem ope-
rationes circa hec. In nobis autem et virtus similiter
et malitia. In quibus enim operari in nobis et
non operari. et in quibus non et ita quod si operari in nobis
bonum existens est. et non operari in nobis erit et
malum existens. Et si non operari bonum existens
in nobis. et operari malum existens in nobis
erit. Si autem in nobis bona operari et mala. similiter

et non operari. Hoc autem erat bonos et malos esse
in nobis. Ergo virtuosos et pravos esse. Dicere autem
quoniam volens nullus malus neque nolens beatus
assimilatur hoc quidem mendacio, hoc autem veritati. Beatus quidem
enim nullus nolens, malitia autem voluntarium.
Vel hiis que nunc dictis dubitandum, et hominem non dicendum
principium esse neque genitorem operationum quemadmodum
et natorum. Si autem hec videntur, et non habemus
in alia principia reducere preter ea que in nobis,
quorum et principia in nobis et voluntaria. Hiis
autem videtur testificari et privatim que a singulis
et ab ipsis legislatoribus. Puniunt enim et vindi-
cant operantes mala, quotquot non vi aut
propter ignorantiam cuius non ipsi causa; bona autem operan-
tes honorant, velud hos quidem provocantes et
hos autem prohibentes. Qualiscumque ea que neque in
nobis sunt neque voluntaria, nullus provoca-
tur operari, aut nichil ante opus existentis sua-
dere, puta non calefieri vel dolore vel esuri-
re vel aliqua quecumque talium; nichil enim minus
patiemur hec. Etenim in ipso ignorare et
puniunt, si causa videatur ignorantie, et
puta ebriis duplices increpationes. Princip-
ium enim in ipso; dominus est enim eius quod est non inebriari;
hoc autem ignorantie causa. Et ignorantes aliquid
eorum que in legibus que oportet scire, et non difficilia sunt,
et puniunt. Similiter autem et in aliis quecumque propter ne-
gligentiam ignorare videntur, ut in ipsis
existente non ignorare; eius enim quod est diligen-
tes esse domini. Sed forsitan talis aliquis est
ut non diligens sit. Sed eius quod est tales fie-
ri ipsi sunt causa, viventes remisse, et eius quod est
iniustos vel incontinentes esse, hii quidem mala
facientes, hii autem in potationibus et in talibus de-
gentes. Que enim circa singula operationes ta-
les faciunt. Hoc autem manifestum ex meditanti-
bus ad quamcumque agoniam vel operationem; perficiunt
enim operantes. Ignorare quidem igitur quoniam ex opera-
ri circa singula fiunt habitus, penitus insensibilis. Adhuc
irrationabile iniusta facientem non velle iniust-
um esse aut stuprantem incontinentem. Si autem
non ignorans aliquis operatur ex quibus
erit iniustus, volens iniustus utique erit.
Non tamen si velit iniustus existens, requie-
scet et erit iustus. Neque enim qui egrotat sanus.

Et si sic contingit, volens egrotat, incontinenter
vivens et inobediens medicis. Tunc quidem igitur
licebat ei non egrotare; emisso autem non
adhuc, quemadmodum neque dimittenti lapidem ad-
huc ipsum possibile resumere; tamen in ipso mittere et proicere;
principium enim in ipso. Sic autem et iniusto et incontinen-
ti ex principio quidem licebat tales non fieri;
propter quod volentes sunt; factis autem non adhuc inest non
esse. Non solum autem anime malitie voluntarie sunt,
sed et quibusdam et que corporis, quos et increp-
amus. Propter naturam quidem turpes nullus increpat,
sed eos qui propter desidiam et propter negligentiam. Similiter
autem et circa debilitatem et turpitudinem et orbi-
tatem; nullus enim utique improperabit ceco natura vel ex
infirmitate vel ex plaga, sed magis misere-
bitur. Ei autem qui ex vini potatione vel alia
incontinentia, omnis utique increpabit. Earum
autem que circa corpus malitiarum que in nobis incre-
pantur. Quod autem non in nobis, non. Si autem
sic, et alie que increpantur utique malitie in
nobis utique erunt. Si autem quis dicat quoniam
omnes appetunt apparens bonum, fantasie autem
non domini, sed qualiscumque unusquisque est, talis
et finis videtur ei. Siquidem igitur sibi unusquisque est
habitus qualiter causa, et fantasie erit qualiter causa ipse.
Si autem nullus causa sibi eius quod est male
facere, sed propter ignorantiam finis hec operatur,
per hec existimans sibi optimum fore. Finis
autem desiderium non spontaneum, sed innasci oportet
quemadmodum visum habentem quo iudicabit bene et quod
secundum veritatem bonum desiderabit. Et est bene natus
cui hoc bene innatum. Quod enim maximum et opti-
mum, et quod ab alio non possibile accipere neque di-
scere, sed quale innatum est, tale habebit,
et quod bene et optime hoc innatum esse perfecta et
vera erit utique bona nativitas. Si utique
hec sunt vera, quid magis virtus quam malitia
erit voluntarium? Ambobus enim similiter, et bono et
malo, finis natura vel qualitercumque videtur et iacet;
reliqua autem ad hoc referentes operantur qualiter-
cumque. Sive utique finis non natura videtur uni-
cuique qualiscumque, sed quid et apud ipsum est; sive et
finis naturalis. Iterum quia autem operando vo-
luntarie studiosus, virtus voluntarium est,
nichil minus et malitia voluntarium utique.

erit similiter et bono et malo existere. Quoniam
igitur ipsi in operationibus et in fine. Si igitur quemad-
modum dicitur voluntarie sunt virtutes
et enim habituum concause qualiter ipsi sumus et qua-
les quosdam quod existendo finem talem
ponimus voluntarie et malitie similiter
erunt. Similiter enim utrique. Communiter quidem igitur de vir-
tutibus dictum est nobis et genus typo, quoniam me-
dietates sunt, et quoniam habitus, et a quibus fiunt,
quoniam horum operative secundum se ipsas, et quoniam in nobis
et voluntarie sic ut utique recta ratio pre-
cipiet. Non similiter autem operationes voluntarie sunt
et habitus. Operationum quidem enim a principi-
o usque ad finem domini sumus scientes
que secundum singularia; habituum autem principii quidem eorum,
que secundum singularia autem additio non cognita quemad-
modum in egrotationibus. Sed quoniam in nobis erat
sic uti, propter hoc voluntarii. Resumentes
utique de unaquaque dicemus que sunt et
circa qualia et qualiter. Simul erit manifestum et quot sunt.
Et primum de fortitudine.

Quoniam quidem igitur medietas est circa timo-
res et audacias iam prius dictum est.
Timemus autem scilicet terribilia; hec autem sunt
ut simpliciter dicere mala. Propter quod et timo-
rem determinant expectationem mali. Timemus quidem
igitur omnia mala, puta malam opinionem,
inopiam, egritudinem, inimicitiam, mortem. Sed
non circa omnia videtur fortis esse. Quedam enim
et oportet timere, et bonum; quod autem non malum,
puta malam opinionem. Qui quidem
enim timet decens et verecundus. Qui autem
non timet inverecundus. Dicitur autem a quibus-
dam fortis secundum methaphoram; habet enim al-
iquid simile forti. Impavidus enim quis et
fortis. Inopiam autem forsitan non opor-
tet timere neque egritudinem neque universaliter queco-
mque non a malitia neque propter se ipsum. Sed
neque qui circa hec impavidus fortis. Dicimus
autem et hunc secundum similitudinem. Quidam enim in bel-
licis periculis timidi existentes li-
berales sunt et ad pecuniarum emissionem
bene audacter habent. Neque utique si quis in-
iuriam circa pueros vel uxorem timet vel in-
vidiam vel aliquid tale timidus est.

neque si audet flagellandus fortis. Ci-
rca qualia igitur terribilium fortis? vel circa maxi-
ma; nullus enim magis sustinet pericula.
Terribilissimum autem mors; finis enim,
et nichil adhuc mortuo videtur neque bonum
neque malum esse. Videbitur autem utique neque
circa mortem que in omni fortis esse, puta in ma-
ri vel in egritudinibus. In quibus igitur? vel in optimis.
Tales autem que in bello. In maximo enim et
optimo periculo. Concordes autem et hiis sunt
honores in civitatibus et apud monarchias.
Principaliter autem dicetur utique fortis qui
circa bonam mortem impavidus et quecumque
mortem inferunt repentina existentia.
Talia autem maxime que secundum bellum. Non
ad hec et in mari et in egritudinibus impavidus quidem for-
tis. Non sic autem ut marinarii. Hii quidem enim
desperant salutem et mortem talem abhomina-
ntur; hii autem bene sperantes sunt propter experientiam.
Simul autem viriliter agunt in quibus est forti-
tudo vel bonum mori. In talibus autem corru-
ptionibus neutrum existit. Terribile
autem non omnibus quidem idem; dicimus autem quoddam et super
hominem. Hoc quidem igitur omni terribile intellectum habenti.
Que autem secundum hominem differunt magnitudine et eo quod
magis et minus. Similiter autem et ausibilia. Fortis
autem imperturbabilis ut homo. Timebit quidem
igitur et talia, ut oportet autem et ut ratio, sustinebit boni
gratia. Hic enim finis virtutis. Est autem magis
et minus hec timere, et adhuc non terribilia ut
talia timere. Fit autem peccatorum hoc quidem quia quod non oportet,
hoc autem quia non ut oportet, hoc autem quia non quando, vel aliquid
talium. Similiter autem et circa terribilia ausibilia. Qui
quidem igitur que oportet et cuius gratia sustinet et timet, et ut oportet
et quando; similiter autem et audet, fortis. Secundum dignitatem enim
et ut utique ratio patitur et operatur fortis. Finis
autem omnis operationis qui secundum habitum. Et forti autem
fortitudo bonum; talis autem et finis. Determi-
natum est enim unumquodque fine. Boni utique
gratia fortis sustinet et operatur que secundum forti-
tudinem. Dicitur superhabundantium autem
qui quidem impaviditate innominatus. Dictum est nobis
autem in prioribus quoniam multa talia innominata. Erit
autem utique aliquis insanus vel sine sensu
si nichil timeat neque terremotum neque inundationes

quemadmodum aiunt celtas. Qui autem in audendo superhabundat circa terribilia, audax. Videtur autem et iactator esse audax et simulator fortitudinis. Ut igitur ille circa terribilia habet, sic iste vult videri. In quibus igitur potest, imitatur. Propter quod sunt multi ipsorum audaces timidi. In hiis enim audentes, terribilia non sustinent. Qui autem in timendo superhabundat, timidus. Et enim que non oportet et ut non oportet, et omnia talia sequuntur ipsum. Deficit autem et in audendo. Sed in tristitiis superhabundans magis manifestus est. Desperans utique aliquis timidus; omnia enim timet. Fortis autem contrarius; in audendo enim bone spei est. Circa eadem quidem igitur est timidus et audax et fortis, differenter autem habent ad hec. Hii quidem enim superhabundant et deficiunt, hic autem medio modo habet et ut oportet. Et audaces quidem precipites, et volentes ante pericula, in ipsis autem discedunt (vel recedunt). Fortes autem in operibus acuti, prius autem quieti. Quemadmodum igitur dictum est, fortitudo medietas est circa audacia et terribilia in quibus dictum est, et quoniam bonum eligit et sustinet, vel quoniam turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinem vel aliquid triste non fortis, sed magis timidi. Mollities enim fugere laboriosa, et non quia bonum sustinet, sed fugiens malum est. Est quidem igitur fortitudo tale quid.

Dicuntur autem et alie secundum quinque modos. Primum quidem politica; maxime enim assimilatur. Videntur enim sustinere pericula cives propter eas que ex legibus increpationes et opprobria, et propter honores. Et propter hoc fortissimi videntur esse apud quos timidi inhonorati, fortes honorati. Tales autem et Homerus facit, puta Diomedem et Hectora: Polidamas michi primus redargutiones imponet; et Diomedes: Hector enim aliquando dicet in Troianis contionans, Tytides a me. Assimilatur autem hec maxime ei que prius dicta est, quoniam propter virtutem fit; propter verecundiam enim et boni desiderium (honoris enim) et gratia fuge opprobrii turpis existentis. Ponet autem utique aliquis et a principibus coactos in idem. Deteriores autem quanto non propter verecundiam, sed propter timorem id operantur, et fugientes non turpe, sed triste. Cogunt enim domini, quemadmodum Hector: Quem autem ego sine bello timentem intelligam, non sibi sufficiens erit fugere canes. Et qui preponunt, si recedant percutientes, idem operantur. Et qui ante muros foveas et talia preordinant. Omnes enim cogunt. Oportet autem non propter necessitatem fortem esse, sed quoniam bonum. Videtur autem et experientia que circa singula fortitudo esse. Unde et Socrates existimavit scientiam esse fortitudinem. Tales autem alii quidem in aliis, in bellicis autem milites. Videntur enim multa esse inania belli, que maxime conspexerunt isti. Videntur utique fortes, quia non sciunt alii qualia sunt. Deinde facere et non pati maxime possunt ex experientia, et custodire et percutere potentes uti armis, et talia habentes qualia utique erunt et ad facere et ad non pati fortissima. Quemadmodum igitur inermibus armati pugnant, et athlete ydyotis. Et enim in talibus agonibus non fortissimi pugnatissimi sunt, sed maxime potentes et corpora optima habentes. Milites autem timidi fiunt, quando superexcedit periculum, et deficiunt multitudinibus et preparationibus. Primi enim fugiunt. Civilia autem permanentia moriuntur, quod et in Hermeo contingit. Hiis quidem enim turpe fugere, et mors tali salute eligibilior. Hii autem et ex principio periclitabantur ut meliores existentes. Cognoscentes autem fugiunt mortem, magis turpe timentes. Fortis autem non talis. Et furorem autem super fortitudinem inferunt. Fortes enim esse videntur et qui propter furorem, quemadmodum fere in vulneratores feruntur, quoniam et fortes furiosi. Impetuosissimum enim furor ad pericula. Unde et Homerus: virtutem immisit furori; et virtutem et furorem erexit; et austeram enim per singulas nares virtutem; et ebullivit sanguis. Omnia enim talia videntur significare furoris excitationem et impetum. Fortes quidem igitur propter bonum operantur, furor autem cooperatur eis. Fere autem propter tristitiam; propter vulnerari enim, vel propter timere, quoniam si in silva vel in palude esse, ut non advenirent. Non utique sunt fortes a dolore et furore impulse ad periculum, nil periculorum previdentes. Quia sic et asini erunt fortes esurientes; percussi enim non

desistunt a pascua. Sed adulteri propter concupiscentiam
et audaciam multa operantur. Non utique
sunt fortia per dolorem vel per furorem impulsa
ad periculum. Naturalissima autem videtur que propter fu-
rorem esse, et assumpta electione et cuius gratia for-
titudo. Et homines utique irati quidem contristantur,
punientes autem delectantur. Qui autem propter
hec pugnantes pugnaces quidem, non fortes autem. Non
enim propter bonum neque ut ratio, sed propter passionem. Simile autem
habent aliquid. Neque utique bone spei existentes
fortes. Propter multotiens enim et multos vincere con-
fidunt in periculis. Consimiles autem
quoniam ambo audaces. Hii autem propter existimare
meliores esse et nichil contrapati. Tale autem faciunt
et inebriati. Bone spei enim fiunt. Quando autem ipsis
non accidunt talia, fugiunt. Fortis autem erat
tribulia homini existentia et apparentia sub-
sinere, quia bonum, turpe autem non. Propter quod et fortioris
videtur esse in repentinis timoribus impavidum
et inturbatum esse quam in premanifestis. Ab habi-
tu enim magis, vel quia minus ex preparatione.
Premanifesta quidem enim utique elicit ex ratione et cogi-
tatione aliquis preeliget, repentina autem secundum habitum.
Fortes autem videntur et ignorantes, et sunt
non longe a bone spei. Deteriores
autem quo dignitatem nullam habent, illi autem.
Propter quod et permanent per aliquod tempus. Hii autem decepti si
cognoverint quod aliud est quam suspic-
antur, fugiunt, quod Argivi paciebantur inci-
dentes latronibus. Et fortes utique dicti sunt
quales, et quidam existimati fortes.

Circa audacias autem et timores fortitu-
do existens, non similiter circa ambo est, sed ma-
gis circa tribulia. Qui enim in his inturbatus et circa
hec ut oportet habens fortis magis quam qui circa audacia.
Sustinendo utique tristia ut dictum est fortes
dicuntur. Propter quod et tristis fortitudo et iuste laudatur.
Difficilius enim tristia sustinere
quam a delectabilibus abstinere. Sed ad
hoc videbitur utique esse quod secundum fortitudinem
finis delectabilis, ab hiis autem que circa sine
evanescere, quale et in gymnicis agonibus
fit. Pugilibus enim finis quidem delectabilis
cuius gratia corona et honores. Percuti autem dolo-
rosum, si carnales, et triste, et omnis labor. Propter

multa autem hec esse, parvum existens cuius gratia nichil delec-
tabile existit videtur. Si utique tale est
et quod circa fortitudinem, mors quidem et vulnera tristia
forti et involenti erunt. Sustinet autem hec quia bonum
vel quia turpe non. Et quanto utique vir-
tutem habeat omnem et felicior sit, magis in
morte tristior erit. Tali enim maxime vivere
dignum, et iste maximis bonis privatur
sciens. Triste autem hoc. Sed nichil minus fortis,
forsitan autem et magis, quia in bello bonum
pro illis eligit. Non utique autem in omnibus vir-
tutibus delectabiliter operari existit, preterquam inquan-
tum finem attingunt. Milites autem ni-
chil prohibet fortissimos non tales esse optimos, sed eos
qui minus quidem fortes, aliud autem bonum
nullum habentes. Parati enim hii ad pericula et
vitam ad parva lucra permutant. De for-
titudine quidem igitur intantum dictum sit. Quid autem
est non difficile typo accipere ex hiis que
dicta sunt.

Post hanc de temperantia dicamus. Videntur enim
irrationabilium partium hee esse virtutes.
Quoniam quidem igitur medietas est circa delectationes
temperantia, dictum est nobis. Minus enim et non similiter est
circa tristitias. In hiis autem et intemperantia videtur. Circa
quales igitur delectationes, nunc determinemus.
Determinantur autem alie corporales, pu-
ta amor honoris, amor discipline. Utroque
enim horum gaudet cuius amativus est, nichil paciente cor-
pore, sed magis mente. Qui autem circa tales delecta-
tiones, neque temperati neque intemperati dicuntur. Similiter autem
neque qui circa alias quecumque non corporales sunt.
Amatores enim fabularum et narratores et circa con-
tingentibus consumentes dies garrulos, intemperatos
autem non dicimus, neque contristatos in pecuniis vel
amicis. Circa corporales autem erit utique
temperantia. Non omnes autem neque has. Qui enim gau-
dent hiis que per visum, puta coloribus et
figuris et pictura, neque temperati neque intemperati dicuntur. Quamvis
videantur utique esse et ut oportet gaudere
ex hiis et secundum habundantiam et defectum. Similiter
autem et in hiis que circa auditum. Superhabundanter
enim gaudentes melodiis vel ypocrisi nullus in-
temperatos dicit, neque qui ut oportet temperatos. Neque circa odoratum, preter quam secundum accidens.
Gaudentes enim malorum odore vel rosarum vel thimiamatum

nec temperatos qui ut oportet

colorum odoribus non dicuntur intemperati, sed magis eos qui unguentorum et pulmentorum gaudent. Gaudent enim hiis intemperati, quoniam per hec rememoratio fit eis concupiscibilium. Videbit autem utique aliquis et aliquos qui esuriunt gaudentes ciborum odoribus. Talibus autem gaudere intemperati. Huic enim concupiscibile hec. Non est autem neque in aliis secundum hos sensus delectatio, nisi secundum accidens. Neque enim odoribus leporum canes gaudent, sed cibatione. Sensum autem odor fecit. Neque leo voce bovis, sed comestione. Quoniam autem prope est per vocem sentit, et gaudere utique hac videtur. Similiter autem neque videns vel inveniens cervum vel agrestem capram, sed quoniam cibum habebit. Circa tales autem utique delectationes temperantia et intemperantia est, quibus et reliqua alia communicant. Unde serviles et bestiales videntur. Hee autem tactus et gustus. Videtur utique et gustu parum vel nichil uti. Gustus enim est iudicium saporum, quod faciunt qui vina probant et pulmenta condiunt. Non autem multum gaudent hiis, non intemperati, sed usu qui fit omnis per tactum, et in cibis et potibus et veneriis dictis. Propter quod oravit quidam Philoxenus Erixis pulmentorum comestor existens guttur ipsius longius gruis fieri, ut delectatus tactu. Communissimus autem tactus sensuum secundum quem intemperantia. Et videbitur utique iuste exprobabilis, quoniam non secundum quod homines sumus existit, sed secundum quod animalia. Talibus autem gaudere et maxime diligere bestiale. Etenim liberalissime earum que per tactum delectationum ablate sunt, puta que in gymnasiis per fricationem et calefactionem fiunt. Non enim circa omne corpus intemperati tactus, sed circa quasdam partes.

Concupiscentiarum autem hee quidem communes videntur, hee autem proprie et apposite. Puta que quidem cibi naturalis. Omnis enim concupiscit qui indigens sicci vel humidi cibum, quandoque ambobus. Et lectum, ait Homerus, iuvenis et vigens. Talem autem vel talem non adhuc omnis, neque eorundem. Propter quod videtur nostrum esse. Non tamen sed habet aliquid et naturale. Alia enim aliis sunt delectabilia. Et quedam quibuslibet delectabiliora contingentibus. In naturalibus quidem igitur concupiscentiis pauci peccant et in unum, in plus. Comedere enim quelibet que contingunt vel bibere usque quo utique superimpleantur, superhabundantia est secundum naturam in multitudine. Repletio enim indigentie naturalis concupiscentia. Propter quod dicuntur isti ventris insani, tamquam preter quod oportet implentes eam. Tales autem fiunt qui valde bestiales. Circa proprias autem delectationes multi et multipliciter peccant. Eorum autem qui amatores dicuntur talium vel in gaudendo quibus non oportet, vel ut multi, vel ut magis, vel ut non oportet. Secundum omnia autem intemperati superhabundant. Etenim gaudent quibusdam quibus non oportet, odibilia enim, et si quibusdam oportet gaudere talium, magis quam oportet et ut multi gaudent.

Que quidem igitur circa delectationes superhabundantia intemperantia et vituperabile manifestum. Circa tristitias autem non quemadmodum in fortitudine in sustinendo dicitur temperatus, neque intemperatus quod non. Sed intemperatus quidem quoniam tristatur magis quam oportet quia delectabilia non adipiscitur. Et tristitiam autem facit ei delectatio. Temperatus autem in non tristari absentia et in abstinere a delectabili. Intemperatus quidem igitur concupiscit delectabilia omnia vel que maxime, et ducitur a concupiscentia ut pro aliis hec eligat. Propter quod et tristatur et non adipiscens et concupiscens. Cum tristitia enim concupiscentia. Inconveniens autem videtur propter delectationem tristari. Deficientes autem circa delectationes et minus quam oportet gaudentes non multum fiunt. Non humana est enim talis insensibilitas. Etenim reliqua alia discernunt cibos et hiis quidem gaudent, hiis autem non. Si autem huic nichil est delectabile neque differt alterum ab altero, longe utique erit ab homine esse. Non sortitur autem talis nomen propter non multum fieri. Temperatus autem medie circa hec se habet. Neque enim delectatur quibus intemperatus maxime, sed magis tristatur, neque universaliter quibus non oportet, neque vehementer tali nullo, neque absentibus tristatur, neque concupiscit, vel moderate, neque magis quam oportet, neque quando non oportet, neque universaliter talium nullo. Quecumque autem ad sanitatem sunt vel ad bonam habitudinem delectabilia existentia, hec appetet mensurate et ut oportet, et alia delectabilia non impedimenta hiis existentia vel preter bonum vel super substantiam. Sic enim habens magis diligit tales delectationes quam dignum. Temperatus autem non talis, sed ut recta ratio

Voluntario autem magis assimulatur intemperantia quam timor. Hec quidem enim propter delectationem, hec autem propter tristitiam. Quorum hoc quidem desiderabile, hoc autem fugibile. Et tristitia quidem stupefacit et corrumpit naturam habentis. Delectatio autem nihil tale facit. Magis autem voluntarium. Propter quod et exprobrabilius. Et enim assuescere facile ad hec. Multa enim in vita talia. Et assuetudines sine periculo. In terribilibus autem econtrario. Videbitur autem utique non similiter voluntarium timor esse et que secundum singula. Hic quidem enim sine tristitia. Hec autem propter tristitiam stupefaciunt, ut et arma prohiciant et alia deformiter faciant. Propter quod et videntur violenta esse. Intemperato autem econtrario. Que quidem secundum singula voluntaria concupiscenti enim et appetenti. Totum autem minus. Nullus enim concupiscit intemperatus esse. Nomen autem intemperantie et ad puerilia peccata ferimus. Habent enim quandam similitudinem. Utrum autem ab utro vocatur, nihil ad ea que nunc differt. Manifestum autem quoniam posterius a priori. Non male autem videtur translatum esse. Punitum enim turpium appetentem et multum augmentum habentem. Tale autem maxime concupiscentia et puer. Secundum concupiscentiam enim vivunt et pueri. Et maxime in his delectabilis appetitus. Si igitur non erit bene persuasibile et ad principans, et ad multum veniet. Insatiabilis enim delectabilis appetitus et undique insipienti. Et concupiscentie operatio auget cognatam. Et si magne et vehementes sint, et cogitationes percutiunt. Propter quod oportet moderatas esse et paucas et rationi nihil contrariari. Tale autem persuasibile dicimus et punitum. Quemadmodum enim puerum oportet secundum preceptum pedagogi vivere, sic et concupiscibile secundum rationem. Propter quod oportet temperati concupiscibile consonare rationi. Intentio enim ambobus bonum. Et concupiscit temperatus que oportet et ut oportet et quando. Ita autem ordinat et ratio. Hec igitur nobis dicta sint de temperantia.

Liber quartus incipit

Dicamus autem deinceps de liberalitate. Videtur autem esse que circa pecunias medietas. Laudatur enim liberalis non in bellicis, neque in quibus temperatus, rursus neque in iudiciis, sed circa dationem pecuniarum et sumptionem, magis autem in datione. Pecunias autem dicimus omnia quorumcumque dignitas numismate mensuratur. Est autem et prodigalitas et illiberalitas super pecunias superabundantie et defectus. Et illiberalitatem quidem copulamus semper magis quam oportet super pecunias studentibus. Prodigalitatem autem quandoque inferimus complectentes. Incontinentes enim et intemperatos in intemperantiam consumptores prodigos vocamus. Propter quod et pravissimi videntur esse. Multas enim simul malitias habent. Non enim proprie appellantur. Vult enim prodigus esse qui unum aliquod malum habet, corrumpere substantiam. Prodigus enim qui propter ipsum perditus. Videtur autem perditio quedam ipsius esse et substantie corruptio, tamquam vivere per has existente. Sic utique prodigalitatem accipimus. Quorum autem est aliqua utilitas, his autem est uti et bene et male. Divitie autem sunt utilium. Unoquoque autem optime utitur qui habet esse circa singula virtutem. Et divitiis autem utetur optime qui habet circa pecunias virtutem. Iste autem est liberalis. Usus autem esse videtur pecuniarum consumptio et datio. Acceptio autem et custodia possessio magis. Propter quod et magis liberalis dare quibus oportet quam accipere unde oportet. Virtutis enim magis bene facere quam bene pati, et bona operari magis quam turpia non operari. Manifestum autem quoniam dationem consequitur bene facere et bona operari, sumptionem autem bene pati vel non turpe operari. Et gratia danti et non recipienti accipienti, sed et laus magis. Et facilius autem non accipere quam dare. Proprium enim minus obicitur magis quam accipiunt alienum. Et liberales dicuntur qui dant. Qui vero non accipiunt non in liberalitate laudantur, sed non minus ut in iustitia. Qui autem accipiunt neque laudantur multum. Amantur autem maxime liberales eorum qui a virtute. Utiles enim, hoc autem in datione.

Que autem secundum virtutem operationes bone et boni gratia et recte. Quibus enim oportet et quanta secundum recte dationem. Et hoc delectabiliter vel sine tristitia. Quod enim secundum virtutem delectabile vel triste vel minime triste. Qui autem dat quibus non oportet vel non boni gratia, sed propter quandam aliam causam, non liberalis sed alius quis dicetur. Neque enim qui triste. Magis enim utique eliget pecunias bona operatione. Hoc autem non liberalis. Neque accipiet unde non oportet. Neque enim est non honorantis pecunias talis acceptio. Non utique erit petitivus. Non enim est bene facientis bene pati facile. Unde autem oportet accipiet, puta a propriis possessionibus, non ut bonum sed ut necessarium, ut habeat dare. Neque non curabit propria, volens per hec quibusdam sufficere. Neque quibuslibet dabit, ut habeat dare quibus oportet

et quando et ubi bonum. Liberalis autem est et vehementer et superhabundare in datione, ut derelinquat sibi ipsi pauciora. Non respicere enim ad se ipsum liberalis. Secundum substantiam utique liberalitas dicitur. Non enim in multitudine datorum quod liberale, sed in dantis habitu. Hic autem secundum substantiam dat. Nichil autem prohibet liberaliorem esse minora dantem, si a minoribus det. Liberaliores autem videntur non qui acquisierunt, sed qui susceperunt substantiam. Inexperti enim indigentie. Et omnes diligunt magis sua opera, ut parentes et poete. Ditari autem non facile liberalem, neque acceptivum existentem neque custoditivum. Emissivum autem et non honorantem propter ipsas divitias, sed gratia dationis. Propter quod et accusant fortunam, quoniam maxime digni existentes nequaquam ditantur. Contingit autem non irrationabiliter hoc. Non enim possibile pecunias habere non curantem ut habeat, quemadmodum neque in aliis. Non tamen dabit quibus non oportet, neque quando non oportet, neque quecumque alia talia. Non enim utique adhuc operabitur secundum liberalitatem, et in hec consumens non utique habebit in que oportet consumere. Quemadmodum enim dictum est, liberalis est qui secundum substantiam expendit et in que oportet. Qui autem superhabundat prodigus. Propter quod tyrannos non dicimus esse prodigos; multitudine enim possessionis non videtur facile esse dationibus et expensis superhabundare. Liberalitate autem medietate existente circa pecuniarum dationem et acceptionem, liberalis et dabit et expendet in que oportet et quanta oportet, similiter in parvis et magnis, et hec delectabiliter. Et accipiet unde oportet et quanta oportet. Virtute enim circa ambo existente medietate, faciet utraque ut oportet. Sequitur enim decenti dationi talis acceptio. Non talis autem contraria est. Que quidem igitur sequuntur simul fiunt in eodem, contrarie autem manifestum quod non. Si autem preter oportunum et bonum habens contingat ipsum expendere, tristabitur moderate et ut oportet. Virtutis enim est et delectari et tristari quibus oportet et ut oportet. Et communicativus est liberalis in pecuniis. Potens enim iniusta pati, non honorans pecunias, et magis gravatur si quid quod oportet non consumpsit, quam tristatur si quod non oportunum aliquid consumpsit, et Simonidi non placens. Prodigus autem et in hiis peccat. Neque enim delectatur in quibus oportet neque ut oportet, neque tristatur. Erit autem procedentibus magis manifestum.

Dictum est autem nobis quoniam superhabundantie et defectus sunt prodigalitas et illiberalitas, et in duobus, in datione et acceptione. Et expensam enim in datione ponimus. Prodigalitas quidem igitur in dando et non accipiendo superhabundat, in accipiendo autem deficit. Illiberalitas autem in dando deficit, in accipiendo autem superhabundat, nisi in parvis. Que quidem igitur prodigalitatis non multum coaugentur. Non enim facile ex nullo accipientem omnibus dare. Velociter enim derelinquit substantia dantes ydiotas, qui et videntur prodigi esse. Quare talis videbitur utique non parvo melior esse illiberali. Bene sanabilis enim est et ab etate et ab egestate, et ad medium potest venire. Habet enim que liberalis; et enim dat et non accipit; neutrum autem ut oportet neque bene. Si utique hoc assuescat vel qualiter aliter transmutetur, erit utique liberalis. Dabit enim quibus oportet, et non accipiet unde non oportet. Propter quod et videtur non esse pravus secundum mores. Non enim mali neque illiberalis superhabundare dantem et non accipientem, insipientis autem. Secundum autem hunc modum prodigus multum videtur melior illiberali esse, et propter ea que dicta sunt, et quoniam hic quidem prodest multis, hic autem nulli, sed neque sibi ipsi. Sed multi prodigorum, quemadmodum dictum est, et accipiunt unde non oportet, et sunt secundum hoc illiberales. Acceptivi autem fiunt propter velle consumere, facile autem hoc facere non possunt. Velociter enim derelinquit eos existentia. Coguntur igitur aliunde acquirere. Simul autem et propter nichil boni curare, indifferenter et undique accipiunt. Dare enim concupiscunt; qualiter autem vel unde, nichil differt. Propter quod neque liberales dationes ipsorum sunt; neque enim bone, neque huius ipsius gratia, neque ut oportet. Sed quandoque quos oportet egere, hos divites faciunt, et moderatis quidem moribus nichil utique dabunt, adulatoribus autem vel aliam aliquam voluptatem tribuentibus multa. Propter quod et intemperati ipsorum sunt multi. Facile enim consumentes et in intemperantias consumptivi sunt, et propter non ad bonum vivere ad voluptates declinant. Prodigus quidem igitur indisciplinatus existens in hoc transit, potitus autem studio in medium et quod oportet adveniet utique. Illiberalitas autem insanabilis est. Videtur enim senectus et omnis impotentia illiberales facere, et magis connaturale hominibus prodigalitate. Multi enim amatores pecuniarum magis quam datores. Et extenditur autem in multum et multiplex

multa enim inveniuntur modi illiberalitatis esse. In duo
bus enim existens, et defectu dationis et acceptionis sup
erhabundantia non in omnibus integra advenit, sed
quandoque dividitur. Et hii quidem acceptione superha
bundant, hii autem datione deficiunt. Qui
quidem enim in talibus appellationibus dicuntur, puta par
ci, tenaces, kimbices, omnes in datione deficiunt.
aliena autem non appetunt neque volunt accipere.
hii quidem propter quandam modestiam et reve
rentiam turpium. Videntur enim quidam, vel
dicunt, propter hoc custodire, ut non aliquando cogantur
turpe aliquid operari. Horum autem et cuminivenditor
et omnis talis. Nominatus autem a superhabundantia eius quod
est nulli utique dare. Hii rursus propter timorem
abstinent ab alienis, ut non facile ipsum quidem aliorum
accipere, que autem ipsius alios non. Placet igitur eis
neque dare neque accipere. Hii autem rursus secundum accep
tionem superhabundant undique accipiendo et omne,
puta illiberales operationes operantes, et meretricium
pasci, et omnes tales, et usurarii et parva in multos.
Omnes enim isti unde oportet non accipiunt et quantum non
oportet. Commune autem in ipsis turpis lucratio ap
paret. Omnes autem gratia lucri et huius parvi oppro
bria sustinent. Eos enim qui magna unde oportet non
accipiunt, neque que oportet, non dicimus illiberales, puta ty
rannos civitates desolantes et sacra predantes,
sed perniciosos magis et impios et iniustos. Falle
ator quidem mortuorum spoliator et latro illiberalium
sunt. Turpes lucratores enim. Lucri enim gratia utique
negotiantur et opprobria sustinent. Et hii quidem
pericula maxima gratia lucri, hii autem ab amicis
lucrantur quibus oportet dare. Utrique utique
unde non oportet lucrari volentes turpes lucratores.
Et omnes utique tales susceptiones illiberales. Con
grue igitur illiberalitati liberalitas contrarium dicitur. Ma
ius enim est malum prodigalitate. De liberalitate
quidem igitur et oppositis maliciis tanta dicta sint.

Videbitur autem utique consequens esse et de magnifi
centia pertransire. Videtur autem et ipsa esse cir
ca pecunias quedam virtus esse. Non quemadmodum liber
alitas extenditur ad omnes que circa pecunias operationes,
sed circa sumptuosas solum. In hiis autem superexce
llit liberalitatem magnitudine. Quemadmodum enim
ipsum nomen significat, in magnitudine decens sumptus est.
Magnitudo autem ad aliquid. Non enim idem sumptus
trierarche et architheoro. Decens utique ad ipsum
in quo et circa que. Qui autem in parvis vel in mode
ratis secundum dignitatem expendit, non dicitur magnifi
cus, puta hoc multotiens dabo erranti, sed qui in magnis ita.
Magnificus quidem enim liberalis. Liberalis autem
magis nihil magnificus. Talis autem habitus de
fectus quidem parvificentia vocatur, superhabun
dantia autem banausia et apirokalia, et quecumque
tales non superhabundantes magnitudine circa que
oportet, sed in quibus non oportet et ut non oportet preclare. Posterius
de eis dicemus. Magnificus autem scienti assi
milatur. Decens enim potest speculari et expendere
magna prudenter. Quemadmodum in principio diximus,
habitus operationibus determinatur et quorum est. Ma
gnifici utique sumptus magni et decentes. Talia
utique et opera. Sic enim erit magnus sumptus et decens operi.
Quare oportet quidem sumptum dignum opere esse, sumptui autem
opere, et vel superhabundare. Consumet autem
talia magnificus boni gratia. Commune autem hoc
virtutibus. Et adhuc delectabiliter et emissive.
Ratiocinatio diligentia parvifici. Et qualiter optimum
et decentissimum intendet utique magis quam
quanto et qualiter minimo. Necesse autem et libe
ralem magnificum esse. Et enim liberalis expendet
que oportet et ut oportet. In hiis autem magnum magnifici, velud
magnitudo, est circa liberalitatem existente. Et
ab equali sumptu opus faciet magnificentius mag
Non enim eadem virtus possessionis et operis. Po
ssessionis quidem enim quod plurimo dignum est, ho
norabilissimum, puta aurum; operis autem ma
gnum et bonum. Talis enim speculatio admirabilis.
Magnifici autem admirabile. Et est operis virtus
magnificentia in magnitudine. Est autem sumptuum
qualia dicimus honorabilia, puta esse deos dona
reposita et preparationes et sacrificia. Similiter autem
et quecumque circa omne demonium. Et quecumque ad commune ma
gnificentia sunt, puta si alicui largiri quare opor
tere preclare vel trierarchum esse principem vel convi
vare civitatem. In omnibus autem quemadmodum dictum est
et ad operantem refertur, quis est et quarum
passionum, digna enim oportet hiis esse, et non solum operi
sed et facienti decere. Propter quod pauper quidem non utique
erit magnificus. Non enim sunt a quibus multa
consumet decenter. Et temptans insipiens. Preter
dignitatem enim quod et oportunum secundum virtutem

autem recte

aut̄ decet. Decet aut̄ et eos quib; talia p̄existit
p se ip̄os ul' p progenitores. ul' p quos ad ip̄os
transiit. et nobiles. 7 glo'sos 7 quecūque ta
lia. Om̄ia .n. h' magnitudinē hñt et dignitatē.
Et maxime quidē g' talis magnificus. 7 in sump
tib; talibus magnificentiam queadm dcm̄
est. Maxima .n. 7 honorabilissima. Sp'orum
aut̄ quecumque insemel fiūt. puta nuptie
et si quid tale. Et si ē aliquid tota ciuitas
studet. Et qui in dignitatib;. Et ē peregrinorum
susceptiones. 7 emissiones. 7 dationes. 7 re
tributiones. Non .n. in se sumptuosus ī se ip̄m ma
gnificus. s; in cōia. Dona aūt s'milia hñt aliqd
simile. Magnifici aut̄ 7 habitationē p'parare
decent diuitiis. ornatus quidē .n. 7 h'. 7 dē h'
magis sumptus facere quecūq; diuturna opera
Optima .n. h' 7 in singulis decēs. Non .n. id
congruit diis et hoib;. neque in templo 7 se
pulcro. 7 in sumptib; unūq'q;. Magnū quidē
signū. et magnificentissimū quidē q' in magno
magnū. h' a' q' in hiis magnū. Et differt ī
opere magnū ab eo q' in sumptu. Spera quidē
enī ul' lekithus pulcherrima magnificentia hñt
puerile donū. h' aut̄ p'cium puū 7 illiberale. ppt h'
est magnifici. in quo utique faciet gñe. ma
gnifice facere. Tale .n. non facile supabi
le. 7 est hñs s'm dignitatem sumptus. talis
quidē g' magnificus. Superhabundans. et ba
nausus ip̄e q' oz consumendo superhabundat.
queadm dcm̄ est. In paruis .n. sumptuū multa cō
sumit. 7 resplendet p't melodiam. 7 e paruola qua
p'uia istriones nuptiales edans. 7 comedis
tribuens in transitu purpurā inferens q'd
megarēs. 7 oīa talia nō boni faciet gra. s; et
diuitias ostentans. Et ppt h' existimans
admirari. 7 ubi quidē oz multa cōsumere. pa
uca consumens. ubi aut̄ pauca multa. Par
uificus aut̄ ē oīa deficiet. et maxima consumens
ī puo bonū p'det. et quecūq; faciat tardans
Et intendens qualit' minimū consumat utiq;.
Et h' tristans. et omnia existimans maiora
facere quā oz. Sunt quidā g' habitus. hii ma
litie. nō tn̄ opprobria quidē inferunt. et ppt q'
nec nociuos proximo ē. nec ualde turpes
[M]agnanimitas aut̄ ē magna quidē. 7 ex

noīe uidetur ē. ē qualia aut̄ est p'mū accē
piamus. Differt aut̄ nil habitum ul' eū qui s'
habitum intendere. Uidetur aut̄ magnanimus ē
qui magnis se ip̄m dignificat dignus existēs.
Qui .n. non s'm dignitatem id faciat insipiens
Eorum aut̄ que s' uirtutem. nullus insipiens ne
stultus. Magnanimus quidē g' qui dcs̄ est.
Qui .n. paruis dignus. 7 hiis dignificat se
ip̄m. temperatus est. magnanimus aut̄ nō. In ma
gnitudine magnanimitas. queadm 7 pulc'
tudo in corpore magno. parui aut̄ formosi 7 com
mensurati pulcri aut̄ nō. Qui aut̄ magnis
se ip̄m dignū facit indignus existens chaymus.
Qui aut̄ maioribus quā dignus. non oīs
chaymus. Qui aūt minorib; quā dignus sit
pusillanimus. siue magnis siue moderatis
siue paruis dignus existens. Ad hec minorib;
se ip̄m dignificet. et maxime utique uidebitur
Si uideatur magnis dignus. quid .n. utiq;
faceret nisi ē dignus. Est aut̄ magnani
mus. magnitudine quidē extremus. eo aūt q' ut
oz. medius. eo .n. q' s'm dignitatem se ip̄m dig
ficat. hii aut̄ superhabundant. 7 deficiunt. Si
aut̄ utique magnis se ip̄m dignificat. dignus
existēs. et maxime maximis. ē unū utique
erit maxime. Dignitas aut̄ dr̄ ad ea que
exteriorum bona. maxime aut̄ hec utique ponemus
q' diis attribuimus. et q' maxime desiderant
qui in dignitate. 7 q' in optimis. p'mium. tale aūt
honor. Maximū .n. utique h' eorum que exteriorum
bonorum. Circa honores utique. 7 inhonora
tiones magnanimus est ut oz. Et sine rōe
uidentur magnanimi ē honorem ēē. hono
re aut̄ maxime magnificant se ip̄os s'm digni
tatem. Pusillanimus aut̄ deficit. 7 ad
se ip̄m. 7 ad magnanimi dignitatē. Chay
mus uō 7 ad se ip̄m q' superhabundat. nō tn̄
ad magnanimū. Magnanimus aut̄ siquidē
maximis dignus. optimus utique erit. ma
iori .n. s'p melior dignus 7 maximo optimus
ut uere g' magnanimū oz bonū ēē. Uidebitur
aut̄ ē magnanimi q' in unaquaq; uirtute ma
gnū. et nequaquā utique congruit magna
nimo fugere commouentē. ne iniusta facere. Cui
gratia operabitur turpia. cui nil magnum

Magnanimitas aūt etc. postq' phs determinauit
de uirtutib; q' sunt circa pecuniā. h' determinat de uirtu
tib; q' sunt circa honores. 7 p'o de magnanimitate
q' ē circa magnos [illegible] de q'dā uirtute innomi
nata q' ē circa moderatos honores. i. ibi aut̄ circa hec
ē uirtus q'dā q' ē. [illegible] p'o inuestigat
[illegible] magnanimitatis 7 oppositorum [illegible]
minat actus 7 p'prietates eorum. [illegible]
circa honores [illegible] circa [illegible] p'o [illegible]
[illegible] manifestat [illegible] ibi [illegible] magnanimus [illegible]

Secundum singula autem videnti omnino derisibilis utique
videbitur magnanimus non bonus existens.
Non enim erit utique neque honore dignus pravus
existens. Virtutis enim premium honor, et attribuitur
bonis. Videbitur quidem igitur magnanimitas
ut ornatus quidam esse virtutum. Maiores
enim ipsas facit, et non fit sine illis. Propter hoc difficile
le secundum veritatem magnanimum esse. Non enim possibi-
le sine bonitate. Maxime quidem igitur circa hono-
res et honorationes magnanimus est, et in ma-
gnis et studiosis moderate delectabitur, ut
propria adipiscens vel et illis minora. Vir-
tuti enim perfecte non utique fiet dignus honor. Sed
tamen et ad hec recipiet, in non habendo ipsos maiora ipsi
tribuere. Eum enim qui contingentibus et parvis omnino
parvipendet. Non enim hiis dignus. Similiter autem et
in honoratione. Non enim erit iuste circa ipsum. Ma-
xime quidem igitur est, quemadmodum dictum est, magnani-
mus circa honores. Verumtamen et circa divitias et po-
testatum et omnem bonam fortunam et infortunium
moderate habebit quomodocumque fiant. Et
neque bene fortunatus utique gaudiosus erit, neque
infortunatus tristis. Sed neque circa honorem ita habet
ut maximum ens. Potentatus enim et divitie propter ho-
norem sunt delectabilia. Habentes igitur ipsa honorari
per ipsa volunt. Cui autem et honor parvum est, huic
et alia. Propter quod despectores videntur esse. Videntur
autem et bone fortune conferre ad magnanimita-
tem. Nobiles enim dignificantur honore, et potentes
vel divites. In superexcellentia enim, bono autem super-
excellens omne honorabilius. Propter quod talia ma-
gnanimiores faciunt. Honorantur enim a quibus-
dam. Secundum veritatem autem bonus solus honorandus.
Cui autem ambo existunt, magis dignus est ho-
nore. Qui autem sine virtute talia bona habent
neque iuste magnos se ipsos dignificant, neque recte
magnanimi dicuntur. Sine virtute enim perfecta non sunt
hec. Despectores autem et iniuriatores talia habentes
mali efficiuntur. Sine virtute enim non facile fer-
re moderate bonas fortunas. Non potentes autem
ferre, et existimantes alios superexcellere, il-
los quidem contempnunt, ipsi autem quecumque utique contingit
operantur. Imitantur enim magnanimum non
similes existentes. Hoc autem operantur in quibus
possunt. Que quidem igitur secundum virtutem non operantur

contempnunt autem alios. Magnanimus autem iuste con-
tempnit. Glorificatur enim vere. Multi autem contingenter.
Non est autem microkindinos neque
philokindinos propter pauca honorare. Magalo-
kindinos autem. Et cum periclitetur non parcens vite
ut non dignum existens omnino vivere. Et potens
beneficiare, beneficiatus autem verecundatur.
Hoc quidem enim superexcellentis, hoc autem superexcelsi.
Et retributivus pluri. Ita enim erit debitor
qui incepit, et erit bene passus. Videntur autem
et in memoria habere eos quibus utique faciant be-
ne, a quibus autem utique patiantur bene non. Mi-
nor enim qui patitur bene eo qui facit. Vult autem
superexcellere. Et hec quidem delectabiliter audit,
hec autem indelectabiliter. Propter quod et Thetim non dicere be-
neficia Iovi, neque lacones ad athenienses, sed
que passi sunt bene. Magnanimi autem et nullo
indigere vel vix, ministrare autem prompte. Et
ad eos autem qui in dignitate et bonis fortunis
magnum esse, ad medios autem moderatum. Hos
quidem enim superexcellere difficile et venerabile,
hos autem facile. Et in hiis quidem venerari non
humile, in humilibus autem honorosum (?), quemadmodum
ad infirmos fortes esse. Et ad honorabilia non
ire, vel ubi precellunt alii. Et ociosum esse et tardum
pigrum, sed vel ubi honor magnus vel opus, et
paucorum quidem operatorem, magnorum autem et nominabi-
lium. Necesse autem manifestum odiatorem et manifestum
amatorem. Latere enim timidi. Et dicere et opera-
ri manifeste. Liberi propalator (?), quia contemptivus
est. Contempti autem, propter quod libere propalativus, et libere
propalativum enim propter contemptum. Et veridicus, nisi
quecumque non propter yroniam. Yronia autem ad multos.
Et ad alium non posse vivere, sed ad amicum.
Servile enim. Propter quod omnes blanditores obse-
quiosi et serviles, et humiles blanditores. Neque ad-
mirativus. Nichil enim magnum ipsi est. Neque memor
mali. Non enim magnanimi recordari aliqua
et mala, sed magis despicere. Neque humaniloquus.
Neque enim de se ipso loquitur neque de alio. Neque enim ut
laudetur cura est ipsi, neque ut alii vituperentur.
Neque rursus laudativus est. Propter quod neque maliloquus, ne-
que de inimicis nisi propter iniuriam. Et de necessariis
vel parvis planctivus neque deprecativus. Stu-
dentis enim sic habere circa hec. Et potens possidere

deb

et curare veritatem magis quam opinionem

ul

magis bona infructuosa fructuosis et uti
libus. sufficientis enim magis. et enim magis
Videtur et motus gravis levis magnanimi
esse et vox gravis et loqutio stabilis. Non
enim festinus qui circa pauca studet. neque contentiosus
qui nichil magnum existimat. Acumen autem
vocis et velocitas per hec. Talis quidem igitur magnani
mus. Deficiens autem pusillanimus. Sup
habundans autem chaymus. Non mali quidem
igitur videntur esse neque isti. Non enim malefactores sunt. pec
cantes autem. Pusillanimus quidem enim dignus
existens bonis. se ipsum privat quibus dignus est.
Et videtur mali habere aliquid. et non dignificare se
bonis. et ignorare se ipsum. appeteret enim utique
quibus dignus erat bona existentia. non stulti
tales videntur esse. sed magis pigri.
Talis autem opinio et deteriores videtur facere
singuli enim appetunt que secundum dignitatem. Disce
dunt autem et ab operationibus bonis et adinventionibus ut
indigni existentes. Similiter autem et ab exterioribus
bonis. Chaymi autem insipientes. et se ipsos i
gnorantes. et hoc manifeste. ut enim digni exi
stentes ad honorabiliora conantur. Deinde re
darguntur. Et veste ornantur et figura et
talibus. volunt enim bonas fortunas manife
stas esse ipsorum. et dicunt de se ipsis ut per hec honorandi.
Opponitur autem pusillanimitas magna
nimitati. magis quam chaymotes. et fit mag
is et deterius est. Magnanimitas quidem igitur circa
honorem est magnum. quemadmodum dictum est.
Videtur autem et circa hunc esse virtus quedam quemadmodum
in primis dictum est. que videbitur utique similiter habere
ad magnanimitatem. quemadmodum liberalitas
ad magnificentiam. ambe enim iste a magno
quidem distant. circa moderata autem et parva disponunt
nos ut oportet. Quemadmodum in acceptione et datione
pecuniarum est medietas et superhabundantia
et defectus. ita et in honoribus et appetitu magis quam
oportet et minus. et unde oportet et ut oportet. Philotimum enim
vituperamus. ut magis quam oportet. et unde non
oportet honorem appetentem. et non amatorem hono
ris. ut neque in bonis eligentem honorari. Est
autem quando amatorem honoris laudamus ut virilem
et amatorem boni. et non amatorem honoris. ut
moderatum et temperatum. quemadmodum et in primis diximus.

Manifestum autem quoniam multipliciter amatore talium
dicto. non in idem ipsum ferimus semper amatorem hono
ris. sed laudantes quidem magis quam multi. vi
tuperantes autem magis quam oportet. Innominata
autem existente medietate. ut deserta videntur esse
dubia extrema. In quibusdam autem superhabun
dantia et defectus. et medium. appetitur autem honore
et magis quam oportet. et minus. et ita et ut oportet. Lau
datur quidem igitur habitus hic. medietas existens circa hono
rem innominatus. videtur autem ad amorem amor honoris
quidem. non amor honoris. ad non amorem hono
ris. amor honoris. ad utrumque utique qualiter
videtur autem et hoc esse circa alias virtutes. Oppo
nere enim videntur. per hoc non esse nominatum medium.
Mansuetudo autem est quidem medietas circa
iras. innominato autem existente medio. fe
re autem et extremis. ad medium mansuetudinem fer
imus. ad defectum declinantem innominatam existentem.
Superhabundantia autem iracundia quedam dicetur
utique. Passio quidem enim est ira. factiva
autem multa et diversa. Qui quidem igitur in quibus oportet. et de
quibus oportet irascitur. adhuc autem et ut oportet. et quando.
Et quanto tempore laudatur. Mansuetus autem
utique hic erit. siquidem mansuetudo laudatur.
vult enim mansuetus imperturbatus esse. et non
duci a passione. sed sicut utique ratio ordinabit
sic. et in hiis. et in tanto tempore irasci. Peccare autem
magis videtur ad defectum. Non enim punitivus man
suetus. sed magis condonativus. Defectus autem si
ve inirascibilitas quedam est. sive quecumque vi
tuperatur. Non irasci enim in quibus oportet. insipientes
videntur esse. et qui non ut oportet. et quando. neque quibus oportet. videtur enim
non sentire. neque tristari. Et non iratus non esse
vindicativus. Iniuriam autem sustinere. et
familiares despicere servile. Superhabundantia
autem secundum omnia quidem fit. et enim quibus non oportet. et quibus non
oportet. et magis quam oportet. et velocius. et plus tempore. Non tamen
omnia eidem existunt. Non enim utique possit esse. Malum enim
et se ipsum destruit. et si integrum sit. importabile
fit. Iracundi quidem igitur velociter quidem ira
scuntur. et quibus non oportet. et in quibus non oportet. et magis
quam oportet. Quiescunt autem velociter. et quod optimum
habent. accidit autem ipsis hoc quoniam non retinent iram
sed reddunt sicut manifesti sunt propter velocitatem. Deinde
requiescunt. In superhabundantia autem sunt acro

stoli acuti. et ad omne iracundi. et in omni unde
et nomine. Amari autem difficile solubiles. et
multo tempore irascuntur. retinent enim iram. Qui-
es autem fit cum retribuit. punitio enim quietat impe-
tum ire. delectationem pro tristitia faciens. Hoc a-
non existente gravedinem habent. propter non manifestum enim esse
neque suadebit ipsis aliquis. In se ipso autem digerere iram
tempore indiget. Sunt autem tales sibi ipsis molestissimi et
maxime amicis. Difficiles autem dicimus in quibus
non oportet autem irascentes. et magis quam oportet. et pluri
tempore. et non commutatos sine vindicta vel punitione.
Mansuetudini autem magis superhabundantiam
opponimus. et enim magis fit. humanum enim magis
punire. Et ad convivere difficiles deteriores. Quod autem
prioribus dictum est. et ex dictis manifestum. Non enim fa-
cile determinare qualiter. et quibus. et in qualibus. et
quanto tempore irascendum. et usque quo recte facit vel
peccat. Qui enim parum transgreditur non
vituperatur. neque in magis neque in minus. Quandoque
enim deficientes laudamus. et mansuetos dicimus.
Et irascentes viriles. ut potentes principa-
ri. Quantum igitur et qualiter transgrediens vitupe-
rabilis. non facile ratione reddere. In singulari-
bus enim et sensu iudicium. Sed quod quidem tale
manifestum. quoniam quidem medius habitus laudabilis
secundum quem quibus oportet irascimur. et in quibus oportet. et ut oportet.
Et omnia talia. Superhabundantie autem et defectus
vituperabiles. et in parvum quidem fiat. et quie-
tabilis. in plus autem magis. In multum vero va-
lde. manifestum igitur quoniam medio habitui adherendum.
Qui quidem circa iram habitus dicti sunt. In collo-
quiis. et convivere in sermonibus. et rebus communicare. hii
quidem placidi videntur esse. omnia ad delectationem
laudantes. et nihil contendentes. sed existimantes
oportere sine tristitia quibuscumque esse. Qui
autem contrario hiis. ad omnia contrariantes et eo quod est
contristare. neque quodcumque curantes. discho-
li et litigiosi vocantur. Quoniam quidem igitur dicti
habitus vituperabiles sunt. non immanifestum et
quoniam medius eorum laudabilis. secundum quem recipiet que oportet
et ut oportet. similiter autem et ut oportet. Nomen autem non red-
ditum ipsi aliquod. assimilatur autem maxime
amicitie. talis enim est qui secundum medium habitum quem
volumus dicere moderatum amicum diligere
assumentem. Differt autem ab amicitia quoniam

sine passione est. et sine eo quod est diligere quibus
colloquitur. non enim in amando vel inimican-
do recipit singula ut oportet. sed in eo quod talis est.
Similiter autem ad ignotos. et consuetos. et incon-
suetos. idem faciet. Verumtamen in singulis ut
congruit. Non enim similiter convenit consuetos
et extraneos curare. neque rursus contristare.
Universaliter quidem igitur dictum est. quoniam ut oportet colloquitur.
Referens autem ad bonum. et conferens. coniectabit
non contristare vel condelectare. Videtur autem circa
delectationes. et tristitias esse in colloquiis factas.
Horum autem quecumque quidem ipsi est non bonum vel
nocivum. cum delectare aspernabitur. et eliget
contristare. Et si facienti autem deformitatem
ferat et hanc non parvam. vel nocumentum.
Contrarietas autem parva tristitiam non recipiet
sed aspernabitur. Differenter autem colloquetur hiis qui
in dignitatibus. et quibuscumque. et magis vel
minus notis. similiter autem et secundum alias differentias singulis
et tribuens quod decet. Et secundum se ipsum quidem condel-
ectans delectare. contristare autem verens. con- al' renuens
sequentibus eventum. quod si sint maiora. dico autem
bono. et conferente. et delectationis autem gratia
eius que est in posterum. maxime parva contrista-
bit. Medius quidem igitur talis est. non nominatus
autem est. Condelectantis autem quod omnia quod delec-
tabile est. coniectativus. non propter aliquid aliud
placidus. qui autem ut utilitas aliqua ipsi fiat
in pecuniis. et quecumque per pecunias. bla-
ditor. Qui autem omnibus contristat. dictum est quoniam liti-
giosus. et discolus. Opponi autem videntur
extrema sibi ipsis. propter innominatum esse medium.
Circa eadem fere est. et iactantie medietas
innominata autem et ipsa. Non malum autem
et tales pertransire. magis enim utique sciemus
que circa mores singulos pertranseuntes. et me-
dietates esse virtutes. credemus utique in omnibus
conspicientes. In convivere utique quidem qui
ad delectationem vel tristitiam. colloquentur dictum
est. De veridicis autem et falsidicis. dicemus
similiter in sermonibus. et operibus. et fictione. Videtur utique
iactator simulativus gloriosorum esse. et non existentium
et maiorum quam existunt. Yron autem econverso. negare
que existunt. vel minora facere. Medius autem
aut autekastos. qui existens verax. tum

in sermone et vita confitens esse eo quod ipse est neque maiora neque minora. Est autem eorum singula et gratia alicuius facere et nullius. Unusquisque autem qualis est talia dicit et operatur et sic vivit, si non alicuius gratia operetur. Per se mendacium pravum et fugiendum, verum autem et bonum et laudabile. Et sic autem et verax qui medius existens laudabilis. Qui autem mendaces ambo quidem vituperabiles, magis autem iactator.

De utrisque autem dicimus, prius autem de verace. Non enim de veridico in confessionibus dicimus neque quecumque ad iustitiam contendunt. Alterius enim erit hec virtutis. Sed in quibus nullo tali differentes quis in sermone et vita verum dicit eo quod talis est per habitum. Videbitur utique talis epieikes moderatus esse. Amator enim veri, et in quibus non differt verum dicere, et in quibus differt adhuc magis. Ut enim turpe mendacium verebitur, quod et per se verebatur. Talis autem laudabilis. Ad minus autem et veri magis declinans. Prudentius enim videtur propter onerosas superabundantias esse. Maiora autem existentibus fingens nullius gratia pravo quidem assimilatur. Non enim utique gauderet mendacio. Vanus autem videtur magis quam malus. Si autem gratia alicuius, qui quidem glorie vel honoris, non valde vituperabilis ut iactator. Qui autem argenti vel quecumque in argentum deformior.

Non enim in potentia est iactator, sed in electione. Per habitum enim et in eo quod talis est iactator est, quemadmodum et mendax, hic quidem mendacio ipso gaudens, hic autem gloriam appetens vel lucrum.

Qui quidem igitur glorie gratia iactant talia fingunt in quibus laus vel felicitatio. Qui autem lucri quorum voluptas est proximis, quo latere est non est certa, puta medicum vel divinatorem sapientem. Propter hoc plures fingunt talia et iactantur. In hiis enim que dicta sunt. Ironici autem et minus dicentes gratiosiores quidem mores videntur. Non enim lucri gratia videntur dicere, sed fugientes molestum vel tumidum. Maxime autem et hi que gloriosa negant, ut et Socrates faciebat.

Qui autem parva et manifesta fingunt, baukopanurgi dicuntur et faciliter contemptibiles sunt. Et quandoque iactantia videtur, puta Laconiorum vestis. Et enim superabundantia et valde defectus iactativum.

Qui autem moderate utuntur ironia et de hiis que non valde prompta et manifesta, ironizantes gratiosi videntur. Opponi autem videtur iactator veridico. Deterior enim.

Existente autem et requie in vita, et in hac conversatione cum ludo, videtur et hic esse colloquium colloquio quedam concinna, et qualia oportet dicere et ut, similiter autem et audire. Differt autem et in talibus vel talia audire. Manifestum autem quod et circa hec est et superabundantia quedam et defectus medii.

Qui quidem in derisione superabundantes bomolochi videntur et onerosi, desiderantes omnino risum et magis coniectantes risum facere quam dicere decora et non contristare derisum convitiatum. Qui autem neque ipsi utique dicunt aliquid ridiculum et dicentibus molesti sunt, agroni et duri videntur esse. Moderate autem ludentes eutrapeli appellantur, puta bene vertentes. Motus autem tales videntur morum esse. Quemadmodum corpora ex motibus iudicantur, ita et mores.

Redundante autem risu a pluribus gaudentibus ludo et ipso convitiari magis quam oportet, et bomolochi eutrapeli appellantur et gratiosi. Quod autem differunt et non parum ex hiis que dicta sunt manifestum. Medio autem habitui proprium et epidexiotes est. Epidexii autem est talia dicere et audire qualia modesto et liberali congruunt. Est enim quedam decentia talem dicere in ludi parte, et audire. Et liberalis ludus differt ab eo qui servilis, et disciplinati. Videbitur autem utique aliquis et ex comediis veterum et modernorum. Hiis quidem enim erat derisio turpiloquium, hiis autem magis suspicio. Differunt autem non parum hec ad honestatem.

Utrum igitur bene convitiantem determinandum in dicendo non que decet liberalem, vel in non tristando audientem, vel in delectando. Vel tale quidem indeterminatum. Aliud enim alii odibile est et delectabile. Talia autem audiet. Quod enim sustinet audiens hec et facere videtur. Non utique omnia faciet. Convitium enim contumelia quedam. Legum positores autem quedam contumeliose dicere prohibent, oportebat autem forte et convitiari. Gratiosus utique et liberalis sic habebit, puta lex existens sibi ipsi. Talis quidem igitur medius est, sive epidexius sive eutrapelus

ī min⁹

mores

ut et disciplinati

dr. Bomolochus autem minor est derisore. et
in a se ipso et ab aliis recedens quorum nullum
diceret utique gratiosus. quedam autem neque
audiret. Agrios autem ad tales colloquiones
inutilis. nil enim conferens. in omnibus tristatur.
Videtur autem requies et ludus in vita esse necessarium.
Tres igitur que dicte sunt in vita medietates. omnes autem sunt
esse sermonum quorundam et operum communicatione. Di
ffert autem quoniam hec quidem esse veritatis est. hec autem
esse delectabile. Eius autem que esse delectationem
hec quidem in ludis. hec autem in hiis que secundum aliam
vitam colloquiis.

De verecundia autem ut quadam virtute non
convenit dicere. passioni autem magis
assimulatur quam habitui. Determinatur igitur ti
mor quidam inglorationis. perficitur verecundia
autem et prope iram timori consimiliter. Rubescunt enim
verecundati. mortem autem timentes palescunt.
Corporalia utique videntur esse utraque. quod utique
passionis. magis quam esse habitus eius. Non omni
utique etati passio sed iuvenili. Existimamus
enim tales verecundos esse. eo quod secundum passiones vi
ventes. et multa peccant. a verecundia autem
prohibentur. Et laudamus quidem iuvenum ve
recundos. seniorem utique nullus laudabit. quoniam
verecundabilis sit. nihil enim existimamus opor
tere ipsum operari in quibus est verecundia.
Sed enim studiosi est verecundia. siquidem fit in
pravis. Non enim operandum talia. Si enim sunt
hec quidem secundum veritatem turpia. hec autem secundum opini
onem nihil differt. neutra enim operanda. quare neque
verecundandum. pravi autem et esse tale quale
operari aliquid turpium. Sic autem habere. ut et
si operetur aliquid talium verecundari. et
propter hoc existimari aliquid studiosum esse. inco
veniens. In voluntariis enim verecundia. vo
lens autem studiosus. nunquam operabitur prava.
Erit autem utique verecundia ex suppositione
studiosum. Si enim operetur verecundabitur
utique. Non est autem hoc esse virtutes. Si autem
inverecundia pravum. et non verecundari tur
pia operari. nihil magis turpia operantem vere
cundari studiosum. Non autem et continen
tia virtus. sed quedam mixta. Ostendetur
autem de hac in hiis que posterius. Nunc autem

de iustitia dicamus. Incipit quintus liber

De iustitia autem et iniustitia intendendum
circa quales sunt existentes operationes.
Et qualis medietas est iustitia. et iustum
Et quorum medium. Intentio autem nobis
sit secundum eandem methodum hiis que predicta sunt. Vi
demus utique omnes talem habitum volentes
dicere iustitiam. a quo operativi iustorum sunt. et a quo
iusta operantur. Et a quo volunt operari iusta.
Eodem autem modo et de iniustitia. a quo ope
rativi iniustorum. Et a quo iniusta faciunt. et
volunt iniusta. propter quod et nobis primum. ut
in typo supponantur hec. Non enim eundem habet modum
Et in scientiis et in potentiis. et habitibus. potentia
quidem enim. Et scientia videtur contrariorum eadem esse. habitus
autem contrarius. contrariorum. puta a sanitate non
operantur contraria. sed sana solum. Dicimus enim sa
ne ambulare quando ambulat ut sanus existens.
Multotiens quidem igitur cognoscitur contrarius
habitus a contrario. Multotiens quidem igitur habitus
a subiectis. Si enim fit manifesta euexia. et
kachexia. manifesta erit. et ex bene habentibus
euexia. et ex hac bene habentia. Si enim est euexia
densitas carnis. necesse et kachexiam esse raritatem
carnis. et bene habens factivum densitatis in carne.
Consequitur autem ut in pluribus. si alterum mul
tipliciter dicitur. et reliquum multipliciter dici. puta si
iustum et iniustum. Videtur autem multipliciter
dici iustitia et iniustitia. sed propter propinquam esse equi
vocationem ipsorum latet. et non quemadmodum in hiis
que longe manifesta magis. Differentia enim mul
ta que secundum ydeam. puta quoniam vocatur clavis
equivoce. et que sub collo animalium. et qua hostia
clauduntur. Accipiatur autem iniustus quotiens
dicitur. Videtur autem illegalis iniustus esse. et avarus
et inequalis. quare manifestum quoniam legalis iustus
erit et equalis. Iustum quidem igitur legale et
equale. iniustum autem inequale et illega
le. Quoniam autem avarus et iniustus esse bona
circa non omnia. sed quecumque bona fortuna et
infortunium que sunt autem simpliciter semper bona. ali
cui autem non semper. homines autem hec orant et persequuntur.
oportet autem non sic. orare quidem bona simpliciter ipsis
bona esse. eligere autem que sibi ipsis bona. In
iustus autem non semper plus eligit. sed minus. et simpliciter

mal'. Si quidem videtur et minus malum bonum aliqualiter esse. Boni autem est avaritia; propter quod videtur avarus esse. Est autem inequalis; hoc autem continet et commune est. Et illegalis; hoc enim illegalitas aut inequalitas continet omnem iniustitiam et commune est omnis iniustitie. Quia autem illegalis iniustus erat, legalis autem iustus, manifestum quoniam omnia legalia sunt aliqualiter iusta. Determinata autem a lege positiva legalia sunt, et unumquodque horum iustum esse dicimus. Leges autem dicunt de omnibus coniectantes vel quod communiter conferentes omnibus vel optimis vel dominis secundum virtutem vel secundum aliquem alium modum talium. Qualiter secundum unum quidem modum iusta dicimus factiva et conservativa felicitatis et particularum ipsius politica communicatione. Precipit autem et lex fortis opera facere, puta non derelinquere aciem neque fugere neque abicere arma. Et que temperati, puta non mechari. Et que mansueti, puta non percutere neque contempnere. Similiter autem et secundum alias virtutes et malitias, hec quidem iubens, hec autem prohibens, recte quidem que posita est recte, deterior autem que apostediamenos. Hec quidem igitur iustitia virtus quidem est perfecta, sed non simpliciter, sed ad alterum. Et propter hoc multotiens clarissima virtutum videtur esse iustitia, et neque esperus neque lucifer ita admirabilis. Et proverbialiter dicentes aiunt: In iustitia autem simul omnis virtus est. Et perfecta maxime virtus, quoniam perfecte virtutis usus est. Perfecta autem est quoniam habens ipsam et ad alterum potest virtute uti, sed non solum ad se ipsum. Multi enim in propriis quidem virtute possunt uti, in hiis autem que ad alterum non possunt. Et propter hoc bene videtur habere quod Biantis, quoniam principatus virum ostendit. Ad alterum enim et in communitate iam princeps. Propter hoc autem et alienum bonum videtur esse iustitia sola virtutum, quoniam ad alterum est. Alii enim conferentia operatur vel principi vel communi. Pessimus quidem igitur qui et ad se ipsum et ad amicos utitur malitia. Optimus autem non qui ad se ipsum virtute, sed qui ad alterum. Hoc enim opus difficile. Hec quidem igitur iustitia non pars virtutis, sed tota virtus est, neque contraria iniustitia pars est malitie, sed tota malitia. Quid autem differt virtus et iustitia hec, manifestum ex hiis que dicta sunt. Est quidem enim eadem, esse autem

non idem; sed secundum quod ad alterum quidem iustitia, secundum autem quod talis habitus, simpliciter virtus. Querimus autem eam que in parte virtutis iustitiam; est enim quedam, ut dicimus. Similiter autem et de iniustitia que secundum partem. Signum autem quoniam est. Secundum alias quidem enim malitias operans iniuste quidem facit, avare autem nichil, puta qui abiecit clipeum propter timorem vel maledixit propter iram vel qui non adiuvit pecuniis propter illiberalitatem. Cum autem avare facit, multotiens neque secundum unam talium, sed tamen neque secundum omnes, secundum malitiam autem quandam (vituperamus enim) et secundum iniustitiam. Est igitur alia quedam iniustitia ut pars quedam totius, et quoddam iniustum in parte totius iniusti, eius quod preter legem. Adhuc quidem si hic quidem lucrandi gratia mechatur et accipiat, hic autem apponens et iacturam patiens propter concupiscentiam, iste quidem luxuriosus videbitur utique esse magis quam avarus, ille autem iniustus, luxuriosus autem non. Manifestum enim quoniam propter lucrari. Adhuc circa alias quidem omnes iniustificationes fit relatio ad quandam malitiam semper, puta si mechatus est, ad luxuriam; si dereliquit quidem ducem exercitus, ad timiditatem; si percussit, ad iram; si autem lucratus est, ad nullam malitiam, sed vel ad iniustitiam. Quare manifestum quoniam est quedam iniustitia preter totam alia in parte, univoca, quoniam diffinitio in eodem genere. Ambe enim in eo quod ad alterum habent potentiam, sed hec quidem circa honorem vel pecunias vel salutem, vel si quodam haberemus uno nomine comprehendere hec omnia, et propter delectationem que a lucro; hec autem circa omnia quecumque studiosus. Quoniam quidem igitur sunt iustitie plures, et quoniam est quedam et altera preter totam virtutem, manifestum. Que autem et qualis quedam sumendum. Determinatum est utique iniustum et illegale et inequale, iustum autem et legale et equale. Secundum quidem igitur illegale predicta iniustitia est. Quia autem inequale et plus non idem, sed alterum ut pars ad totum. Quoniam autem inequale et illegale non idem, sed alterum ut pars ad totum. Inequale enim omne illegale, illegale autem non omne inequale. Et plus quidem igitur omne inequale, inequale non omne plus. Et iniustum et iniustitia non eadem, sed altera ab illis, hec quidem ut partes, hec autem ut tota. Pars enim hec iniustitia totius iniustitie. Similiter autem et iustitia

iustitie. Jnquirere autem ea que ipse iustitia dr.
et de iusto et iniusto similiter. Secundum quidem igitur to
tam uirtutem ordinata iustitia et iniustitia
hec quidem totius uirtutis existens usus ad alium
Hec autem malitie. dimittantur et iustum et in
iustum. secundum has. i. maxime. quo determinandum. fere
n. multa legalium a tota uirtute precepta sunt. secundum
unamquamque. n. uirtutem precipit uiuere. et secundum
unamquamque malitiam prohibet lex. Factiua autem
totius uirtutis sunt legalium quecumque lege po
sita. et disciplinam que ad commune. De ea autem
que secundum unamquamque disciplinam secundum quam simpli
citer bonus est. utrum politice aut alterius. po
sterius determinandum. Non. n. forte idem bono esse
et ciui cuilibet. Eius autem que secundum partem iustitie
Et secundum ipam una quidem est species. que in distribu
tionibus honoris. pecuniarum. uel aliorum quecumque
partibilia communicantibus urbanitatis. In hiis. n.
est. et inequale habere. et equale. alium ab alio
Una autem que in commutationibus directiua. Huius autem
partes due. commutationum. n. hec quidem uolun
tarie. hec autem inuoluntarie. Voluntarie
quidem tales. puta uenditio. emptio. mutuatio
fideiussio. usus. depositio. conductio. Volun
tarie autem dicuntur quoniam principium commutationum har
uoluntarium. Inuoluntarie autem. hec quidem
occulte. puta furtum. mechia. ueneficium
pagogia. seruorum seductio. dolosa occisio. falsum te
stimonium. hec autem uiolente. puta iniuria
uinculo. mors. rapina. orbatio. detractio. in
iuriatio. Quia autem et iniustus inequalis
Et iniustum inequale. manifestum. quoniam et medium
aliquid est iniusti. hoc autem est equale. Jnequale
enim opere. est plus et minus. et est equale. Si
igitur iniustum inequale. iustum equale. Quod
et sine ratione. uidetur omnibus. Quia autem equale me
dium. iustum medium quoddam utique erit.
Est autem equale in minimis duobus. Necesse
igitur iustum et medium. et equale esse. et ad ali
quos. et quibusdam. et secundum quod medium aliquorum
hec autem sunt plus et minus. secundum quod autem equale in du
obus. secundum quod autem iustum. aliquibus. et ad aliquos
ad alios. n. est. Necesse igitur est iustum in minimus
esse quatuor. Quibus autem iustum contingit esse duo
sunt. et in quibus res due. et eadem erit. equalis
quibus. et in quibus. Si. n. non equales. non equa
lia habebunt. Sed hinc pugne et accusationes
quando uel equales non equalia. uel non equales
equalia habent. et distribuuntur sufficiunt.
Adhuc ex eo quod secundum dignitatem hoc manifestum. Justum
n. in distributionibus confitentur omnes. secundum digni
tatem quandam oportere esse. dignitatem quidem
non eandem dicunt omnes existere. sed democratici
n. quidem libertatem. oligarchici autem diuitias
Quidam autem genus nobilitatem. aristocra
tici autem uirtutem. Est igitur iustum proportio
nale quoddam. proportionale. n. non solum est mona
dici numeri proprium. sed totaliter numeri. Proportionalitas
quidem. n. equalitas proportionis. Et in .iiii. minus
disiuncta quidem igitur. quod in .iiii. manifestum. sed continua
uno. n. in duobus utitur. et bis dicit. ut pu
ta quod a .g. ad eam que .b. ad eam que .g. bis
igitur que .b. dicta est. Quare si que .b. ponatur
bis. .iiii. erunt proportionata. Est autem et iustum
in .iiii. minimis. et proportio eadem. diuisa. n. sunt simi
liter que quibus. et que erit igitur ut .a. terminus ad .b. ita
g. ad .d. et permutatim igitur ut .a. terminus ad .g. .b. ad
.d. Quare et totum ad totum. Quod distributio
coniugit. et si sic componatur iuste coniungit igitur .a. ter
minus .g. et .b. .c. .d. Coniunctio in distributione iu
stum est. et medium iusti. hoc est preter proportiona
le. proportionale. n. medium. iustum autem pro
portionale. Vocant autem talem proportionalitatem geo
metricam mathematici. In geometria autem accidit
et totum operari ad totum. quod utrumque ad alterum
alterum. Est autem non continua hec proportionalitas.
Non. n. fit unus numero terminus cui et quod. Justum quidem
igitur hoc proportionale. Jniustum autem quod preter proportionale
fit igitur hoc quidem plus hoc autem minus sicut quod in operibus
accidit. Qui quidem. n. iniuste facit. plus habet.
Qui autem iniusta patitur minus boni. Jn ma
lo autem econuerso. in boni. n. ratione fit. minus malum
ad maius malum. Est. n. minus malum ma
gis eligibile maiori. Quod autem eligibile
bonum. et magis. maius. Species quidem igitur una iusti
hec est.

Reliqua autem una directiua que fit in uolun
tariis et commutationibus. et inuoluntariis.
Hoc autem iustum aliam speciem habet a priori. Distri
butiuum quidem. n. iustum. communium semper secundum propor

nalitas est dicta. Erit enim a participantibus omnibus, si fiat
distributio, erit secundum proportionem eandem quam habent
ad invicem illata. Et iniustum oppositum iusto
huic preter proportionale est. ¶ In commutationibus autem
iustum est quidem equale quid, et iniustum inequa
le, sed non secundum proportionalitatem illam, sed secundum arithmeti
cam. Nichil enim differt si studiosus pravum privabit,
vel pravus studiosum; neque si mechatus est studio
sus vel pravus. Sed ad nocumenti differentiam solum respicit
lex, et utitur ut equalibus, siquidem hic iniustum
facit, hic autem iniustum patitur, et si hic quidem
lesit, hic autem lesus erit. ¶ Quare iustum hoc
inequale existens equare temptat iudex. ¶ Et
enim cum hic quidem vulneretur, hic autem percutiat vel
occidat, hic autem moriatur, divisa est passio et
actio et inequalia. Sed temptat dampno equare
auferens a lucro. ¶ Dicitur enim ut simpliciter dicere in
talibus, etsi non sit aliquibus proprium nomen, ut lucrum
puta percutienti, et dampnum patienti. Sed quando
mensuratum est passio, vocatur quidem hoc dampnum,
hoc autem lucrum. ¶ Quare quidem pluris quidem
et minoris equale medium, lucrum autem et dap
num, hoc quidem plus, hoc autem minus contrarie, quidem boni
plus, mali minus lucrum; contrarium autem dam
pnum. ¶ Quorum autem erat medium equale, quod
dicimus esse iustum. Quare directivum iustum utique
erit medium dampni et lucri. ¶ Propter quod et quando dubi
tant ad iudicem refugiunt; ad iudicem ire autem est ire ad
iustum. ¶ Iudex enim vult esse velud iustum
animatum; et querunt iudicem medium. Et vocant
quidam mesidicos, tamquam si medium attingant, iu
sti adipiscentes. Medium quidem aliquid iustum, siquidem
et iudex. Iudex autem adequat. ¶ Et quemadmodum
linea inequalia secta, quo maior sectio
medietatem supervadit, hoc abstulit, et minori
sectioni apposuit. ¶ Cum autem dividatur totum
tunc aiunt habere quod ipsius, cum accipiant equale. Equa
le autem medium est maioris et minoris secundum arithme
ticam proportionalitatem. Propter quod et nominatur dykai
on, quia dicha est, quemadmodum si quis dicat dicha
yon, et dikastei, et dikastes. ¶ Cum enim duobus equa
libus auferatur ab altero, ad alterum autem apponatur,
duobus hiis supervadit alterum quod, si non sit ab
appositum, uno utique solum excelleret. Medium
quidem uno. Et medium a quo ablatum est uno. Hoc quidem

cognoscimus et quid auferre oportet a
plus habente, et quid apponere minus habenti.
¶ Quo quidem enim medium supervadit, hoc appo
nere oportet minus habenti. Quo autem supervaditur
auferre a maximo. ¶ Equales in quibus a
a, b b, g g ad invicem. Ab a a auferatur
a e, et apponatur g g, que in quibus d g, quare
tota g d g g ea que e a supervadit eo quod
e g d, et eo quod est g z, ea g quod est b b eo quod est g
d. ¶ Est autem et in aliis artibus hoc. Destruerentur enim
utique si non faceret faciens et quantum et quale,
et patiens pateretur hoc et tantum et tale. ¶ Venerunt
autem nomina hec et dampnum et lucrum ex voluntaria
commutatione. Plus quidem enim habere quam que sunt
ipsius lucrari dicitur, minus autem hiis que ex prin
cipio dampnificari, puta in vendere et emere
et in quibus aliis licentiam dedit lex. Quando autem
neque plus neque minus, sed ipsa per ipsa fiunt, vel eadem
per que ipsorum autem habere. Et neque dampnificari neque lucra
ri. Quare lucri cuiusdam et dampni medium iu
stum est quod preter voluntarium, equale habere et
prius et posterius.

Videtur autem aliquibus et contrapassum esse
simpliciter iustum, ut pictagorici dixerunt;
determinabant enim simpliciter iustum contrapassum alii.
¶ Contrapassum autem non congruit neque in distri
butivum iustum, neque in directivum, quamvis volunt
hoc dicere et Radamantis iustum: Si patiatur que fecit,
vindicta recta fiet. ¶ Multis enim in locis disso
nat, puta si principatum habens percussit, non oportet
repercuti; et si principem percussit, non percuti solum
oportet sed puniri. ¶ Adhuc voluntarium et involun
tarium differunt multum. ¶ Sed in commutationibus
quidem communicativis continet tale iustum contrapassum
secundum proportionalitatem, et non secundum equalitatem. ¶ Propter con
trafacere enim proportionale commanet civitas. Vel enim
hoc male querunt; si autem non, servitus videtur esse si re
tributio non fit; retributione autem commanent. Propter quod
et gratiarum templum prompte faciunt, ut retributio fiat; hoc
proprium gratie. ¶ Refamulari enim oportet ei qui gratiam fecit
et rursus incipere ipsum gratiam facientem. ¶ Facit
enim retributionem eam que secundum proportionalitatem secundum dyame
trum coniugatio, puta edificator in quo a,
coriarius in quo b, domus in quo g, cal
ciamentum in quo d. Oportet autem accipere edificatorem

sine est facere
non erit non.

a coriario illius opus, et ipsum illi retribuere.
Si igitur primum sit secundum proportionalitatem
equale, deinde contrapassum fiat, erit quod dicitur. Si
autem non, non equale, neque commanet. Nichil enim
prohibet melius esse alterius opus quam alterius.
Oportet igitur hec utique equari. Est autem hoc et in aliis
artibus. Destruerentur enim si non fecerit faciens
et quantum et quale, et patiens passus esset
hoc et tantum et tale. Non enim ex duobus medicis
fit commutatio, sed ex medico et agricola, et omnino
aliis, et non equalibus. Sed hos oportet equari. Quare
omnia comparata oportet aliqualiter esse quorum est commu-
tatio. Ad quod numisma venit, et fit aliqualiter
medium. Omnia enim mensurat, quare et super-
habundantiam et defectum. Quanta quedam
utique calciamenta equale domui vel cibo.
Oportet igitur quod edificator ad coriarium, tanta calci-
amenta ad domum vel cibum. Si enim non hoc, non
erit commutatio neque communicatio. Hoc autem si non
equalia sint aliqualiter, non erit. Oportet igitur uno
aliquo omnia mensurari, quemadmodum dictum est
prius. Hoc autem est secundum veritatem indigentia,
que utique omnia continet. Si enim nichil indigerent
vel non similiter, vel non erit commutatio vel non eadem.
indigentia. Puta propter commutationem necessitatis
numisma factum est secundum compositionem. Et propter hoc nomen
habet numisma, quoniam non natura sed nomo est, et in nobis
transmutare et facere inutile. Erit utique
contrapassum cum equata sint, quare ut agricola ad
coriarium, hoc opus coriarii ad quod agricole.
In figuram autem proportionalitatis oportet ducere,
cum commutabuntur. Si autem non, utramque
habebit superhabundantias alterum extremum. Sed
cum habent que ipsorum, sic equales et communicantes, quoniam
hec equalitas potest in ipsis fieri. Agricola a, cibus
g, coriarius b, opus ipsius equatum d. Si autem
sic non erat contrapati, non utique erit communicatio.
Quoniam autem opus continet sicut unum quid
indigentia continet, quemadmodum quando enim (?) quorum non
alteri necessitate sunt ad invicem vel uterque vel alter,
non commutant, quemadmodum cum quo habet ipse non indiget
quis, puta vino dantes frumentum eductionem.
Oportet igitur hoc equari. Pro futura autem commutatione
si nunc nichil indiget, quod erit si indigeat numi-
sma fideiussor est nobis. Oportet enim hoc ferenti esse

accipere. Patitur quidem igitur hoc idem, et hoc: non
enim semper equale potest. Verumtamen vult manere magis.
Propter quod oportet omnia appreciari. Sic enim erit semper commutatio.
Si autem hoc, communicatio. Numisma utique quemadmodum men-
sura commensurata faciens equat. Neque enim utique
non existente commutatione communicatio erit, neque com-
mutatio equalitate non existente, neque equa-
litate non existente commensuratione. Secundum
veritatem quidem igitur impossibile tam differentia commensu-
rata fieri. Ad opus autem contingit sufficienter. Unum utique
aliquid oportet esse. Hoc autem ex suppositione, propter quod numi-
sma vocatur. Hoc enim omnia facit commensurata.
Mensurantur enim omnia numismate. Do-
mus in quo a, mine decem, b, lectus in quo
g, mine dignus. Lectus autem quinta pars domus
utique erit. Manifestum igitur quanti lecti equale
domui, quoniam quinque. Quoniam autem sic commutatio erat
antequam numisma esset, manifestum. Differt enim
nichil vel lecti v pro domo vel quanti v lecti.
Quod quidem igitur iniustum et quid iustum est
dictum est.

Determinatis autem hiis manifestum quoniam iusta
operatio medium est eius quod est iniustum facere et
iniustum pati. Hoc quidem enim plus habere, hoc autem minus.
Iustitia autem medietas est, non secundum eundem modum
predictis virtutibus, sed quoniam medii est. Iniustitia
autem extremorum. Et quoniam iustitia est habitus secundum quem
iustus dicitur operativus secundum electionem iusti, et distrib-
utivus et ipsi ad alium et alteri ad alterum. Iniusti
autem non sic, ut eligibile quidem plus ipsi, minus
autem proximo, nocivi autem econverso. Sed equalis
eius quod secundum proportionalitatem. Similiter autem et alii ad alium.
Iniustitia autem contrarium iniusti. Hoc autem est superhabun-
dantia et defectus utilis vel nocivi preter proportionale.
Propter quod superhabundantia et defectus est iniustitia,
quoniam ipsorum quidem superhabundantie simpliciter utilis, de-
fectus autem nocivi. In aliis autem totum quidem
similiter. Quod autem preter proportionale contingit.
Iniustificationis autem quod quidem minus iniustum
pati est, quod autem maius iniustum facere. De
iustitia quidem igitur et iniustitia que utriusque
est natura dictum sit secundum hunc modum. Similiter autem
et de iusto et iniusto universaliter.

Quoniam autem est iniustum facientem non dum iniustum
esse. Quales autem iniustificationes in

iusta faciens. iam iniustus est secundum unamquamque iniustitiam. puta fur vel mechus vel latro. vel secundum
nichil differt. Et enim utique commiscebitur
mulieri sciens cui. sed non propter electionis principium
sed propter passionem. iniustum facit quidem igitur. iniu-
stus autem non est. velud iniustus est. neque fur. fu-
ratus est autem. neque mechus mechatus est autem. similiter
autem et in aliis. Qualiter quidem igitur se habet contrapassum ad
iustum dictum est prius. Oportet autem non latere quoniam
quod quesitum est et simpliciter iustum. et politicum iustum.
hoc autem est communicantibus vite ad esse per se sufficientiam
liberis et equalibus. vel secundum proportionalitatem vel
secundum numerum. Quare quibus non est hoc. non est hiis
ad invicem politicum iustum. sed quoddam iustum
et secundum similitudinem. Est enim iustum. quibus et
lex ad ipsos. lex autem quibus iniustitia. vindicta enim
iudicium iusti. et iniusti. in quibus autem iniusti-
tia et iniustum facere. in quibus autem iniustum
facere. non omnibus iniustitia. et hoc autem est plus
ipsi attribuere simpliciter bonorum. minus autem simpliciter
malorum. propter quod non sinimus principari hominem.
sed rationem. quia sibi ipsi hoc facit. et fit tyrannus.
Est autem princeps custos iusti. Si autem iusti
et equalis. Videtur autem nichil ipsi plus esse
vel. siquidem iustus. Non enim tribuit plus simpliciter
boni ipsi. si non ad ipsum proportionale est. Ideo alteri
laborat. et propter hoc alienum autem esse bonum iustitiam
quemadmodum dictum est prius. Merces autem quedam
danda. hec autem honor et gloria. Quibus autem non
sufficientia hec. isti fiunt tyranni. Dominativum
autem iustum et paternum. non idem hiis. sed simile. Non
enim est iniustitia ad que ipsius simpliciter. possessio
autem. et filius usque utique sit politus. et se-
paretur quemadmodum pars ipsius. Se ipsum autem nullus
eligit nocere. propter quod non est iniustitia ad se ipsum.
non igitur iniustum. neque iustum politicum. secundum le-
gem enim erat. et in quibus natum erat esse lex.
Isti autem erant quibus existit equalitas eius
quod est principari et subici. propter quod magis ad uxorem
est iustum. quam ad natos. et possessiones. Hoc
autem est yconomicum iustum. alterum autem est et hoc
a politico. Politici autem iusti hoc quidem naturale. hoc autem
legale. Naturale autem quod ubique habet eandem potentiam
et non in videri vel non. Legale autem quod ex principio
quidem nichil differt sic vel aliter. quando autem ponitur
differt. puta una redimi mna redimi. vel
capram sacrificare. sed non duas oves. Adhuc
quecumque in singularibus legem ponunt.
puta sacrificare Braside. et sententialia.
Videtur autem quibusdam omnia esse talia. quia
quod quidem natura immobile. et ubicumque eandem
habet potentiam. quemadmodum ignis. et hic et in Persis
ardet. iusta autem mota conspiciunt. Hoc autem
non est sic habens. sed est ut qualiter apud deos for-
sitan nequaquam habens. Apud nos autem est quidem aliquid
natura mobile. non tamen omne. sed est tamen hoc quidem natura
hoc autem non natura. Quale autem natura contin-
gentium. et aliter habere. et quale non. sed legale
et compositione. si ambo mobilia similiter manifestum et in
aliis eadem congruit determinatio. Natura enim dex-
tera melior. quamvis contingit ambidextros
fieri. Quod autem secundum compositionem et conferens iustorum
similia sunt mensuris. Non enim sunt ubique equales
vini frumenti mensure. sed ubi quidem emunt
maiores. ubi autem vendunt minores. Similiter
autem et non naturalia. sed humana iusta non
eadem ubique. quoniam neque urbanitas. sed una
solum. ubique secundum naturam optima.

Iustorum autem et legalium unumquodque. ut universale ad
singularia habet. Operata quidem enim multa. illorum autem
unumquodque unum universale enim. Differt autem iniusti-
ficatio et iniustum. et iustificatio et iustum.
Iniustum quidem enim est natura vel ordinatione. Idem autem
hoc quando operatum est iniustificatio est. ante autem
quam operatum est. iniustificatio est nequaquam
sed iniustum. Similiter et iustificatio. vocatur enim communiter
magis dyceopragema. iustificatio autem di-
rectio iniustificationis. Secundum unumquodque ipsorum. et quales
species. et quot. et que existunt posterius intendendum. Existentibus autem iustis et iniustis
dictis. iniustificat quidem. et iustificat quando
volens quis ipsa operatur. quando autem nolens
neque iniustificat. neque iustificat operatur. sed vel
secundum accidens. quibus enim accidit iustis esse. vel iniustis
operatur. Iniustificatio autem et dyceopragema
determinantur voluntario et involuntario.
Cum enim voluntarium sit vituperabile. simul
et iniustificatio tunc est. Quare iniustum aliquid
erit quidem. iniustificatio autem nequaquam si non volun-
tarium assit. Dico autem voluntarium quidem quemadmodum

quemadmodum prius dictum est, quod utique aliquis in se ipso existentium sciens et non ignorans operatur, neque quem neque quo neque cuius, puta quem percutit et quo et cuius gratia, et illorum unumquodque non per accidens neque vi, quemadmodum si quis accipiens manum ipsius percutiat alterum non volens autem. Non enim in ipso. Contingit autem percussum patrem esse, hunc autem quoniam quidem homo vel presentium aliquis cognoscit, quoniam autem pater ignorat. Similiter autem tale determinetur et in hiis cuius gratia et circa operationem totam. Ignoratum utique, vel non ignoratum non in ipso autem ens, vel vi, involuntarium. Multa enim et naturalium existentium scientes et operamur et patimur, quorum nullum neque voluntarium neque involuntarium, puta senescere vel mori. Est autem similiter et in iniustis et iustis quod per accidens. Et enim si pignus reddat quis nolens et propter timorem, neque iusta operari neque dicendum, sed vel per accidens. Similiter autem et coactum et nolentem pignus non reddentem per accidens dicendum iniusta facere et iniusta operari. Voluntariorum autem hec quidem preeligentes operamur, hec autem non preeligentes; preeligentes quidem quecumque preconsiliantes, ineligibilia autem quecumque impreconsiliata.

Tribus utique existentibus nocumentis eorum que in communicationibus, que quidem cum ignorantia peccata sunt quando quia neque quem neque quo neque cuius gratia existimavit hoc operatus est; vel enim non iacere, vel non hoc, vel non hunc, vel non cuius gratia existimavit, sed accidit non cuius gratia existimavit, puta non ut vulneraret sed ut pungeret, vel non quem vel non ut. Quando quidem igitur paralogice nocumentum fit, infortunium. Quando autem non paralogice, sine malitia autem, peccatum; peccat quidem enim quando in ipso principium sit cause, infortunat autem quando extra. Quando autem sciens quidem non preconsilians autem, iniustificatio, puta quecumque propter iram et alias passiones qualiscumque necessarias vel naturales accidunt hominibus. Hec autem nocentes et peccantes iniustum faciunt quidem et iniustificationes sunt, non quia operantur propter iniustitiam, quia iniusti propter hoc neque mali; non enim propter malitiam nocumentum. Quando autem ex electione, iniustus et malus. Propter quod utique que ex ira non ex providentia iudicantur. Non enim incipit qui ira aliquid facit, sed qui ad iram provocat. Adhuc autem neque de fieri dubitatur, sed de iusto. In manifesta enim iniustitia ira est. Non enim quemadmodum in commutationibus de fieri dubitant, quorum necesse alterum esse malum, si non propter oblivionem id operentur, sed confitentes de re, de quali autem iniusti dubitant. Qui autem insidiatur non ignorant. Quare hic quidem existimant iniuste pati, hic autem non. Si autem ex electione nocuerit, iniustum facit, et secundum has iam iniustificationes iniustum faciens iniustus est, cum preter proportionale sit vel preter equale. Similiter autem et iustus cum preeligens iustum operetur; iustum operatur autem si volens operetur. Involuntariorum autem hec quidem sunt venialia, hec autem non venialia. Quecumque quidem enim non solum ignorantes, sed et propter ignorantiam peccant, venialia. Quecumque autem non propter ignorantiam, sed ignorantes quidem, propter passionem autem neque naturalem neque humanam, non venialia.

Dubitabit autem utique aliquis si sufficienter est determinatum de iniustum pati et iniustum facere. Primum quidem si sic est quemadmodum Euripides dixit, dicens inconvenienter: Matrem occidi meam, brevis sermo. Volens volentem vel volentem non volens? Utrum enim ut vere est volentem iniustum pati, vel non, sed involuntarium omne esse, quemadmodum et iniustum facere omne voluntarium. Et utrum omne sic, vel illo modo, quemadmodum et iniustum facere vel omne voluntarium, vel hoc quidem voluntarium, hoc autem involuntarium. Similiter autem et iustum pati. Iuste enim operari omne voluntarium. Quare rationabile quod opponitur similiter secundum utrumque, et iniustum pati et iustum pati vel voluntarium et involuntarium esse. Inconveniens autem utique videbitur et in iustum pati, si omne est voluntarium. Quidam enim iuste patiuntur non volentes. Quare et hoc dubitabit utique aliquis, utrum iniustum passus iniustum patitur omnis, vel quemadmodum et in operari et in pati est. Per accidens enim contingit in utrisque participare iustis. Similiter autem manifestum quod et in iniustis. Non enim idem iniusta operari et iniustum facere, neque iniusta pati et iniustum pati.

ei quod est iniustum pati. Similiter autem et iniustum
operari et iniustum pati impossibile. Impossibi-
le enim iniustum pati non iniustum faciente ali-
quo. vel iniustum pati non iniustum operante. Si autem
est simpliciter iniustum facere nocere volentem ali-
quem volentem autem scientem et quem et quo et ut. Incontinens
autem volens nocet ipse sibi ipsi. volens utique
iniustum patitur. et contingit ipsum sibi iniustum facere.
Est autem et hoc unum aliquid dubitatorum. si contin-
git ipsum sibi ipsi iniustum facere. adhuc volens
aliquis propter incontinentiam ab alio leditur volen-
te. quare utique erit volentem iniustum pati.
Vel non recta diffinitio. set apponendum ei quod est
nocere scientem et quem et quo et ut preter illius vo-
luntatem. leditur quidem igitur quis et volens et
iniusta patitur. Iniustum autem patitur nullus
volens. Nullus enim vult nec incontinens. set preter
voluntatem operatur. Nullus enim vult nullus
quod non existimat esse studiosum. Incontinens autem que
que non existimat oportere operari operatur. Qui
autem sua ipsius dat. quemadmodum Omerus ait dare Gla-
cum Dyomedi aurea pro ereis. centum boves pro
novem bobus. non iniustum patitur. In ipso enim est
dare. iniustum pati autem non in ipso. set iniustum facien-
tem oportet existere. De iniusto pati quidem igitur
quoniam non voluntarium manifestum.

Adhuc autem que prelegimus. duo est
dicere. utrum quidem iniustum facit qui
tribuit preter dignitatem plus. et qui habet. Et si est
ipsum sibi ipsi iniustum facere. Si enim contingit
prius dictum et distribuens iniustum facit. set
non habens plus. si quis plus alteri quam sibi ipsi tri-
buat. sciens et volens. iste sibi iniustum facit.
Quod videntur moderati facere. Moderatus enim
minoratus est. Vel neque hoc simpliciter. alio enim
bono si contingat superhabundat. puta gloria
vel simpliciter bono. Adhuc solvitur per diffinitionem
eius quod est iniustum facere. Nichil enim preter ipsius
patitur voluntatem. Quare non iniustum patitur
propter hoc. set si quid nocumentum patitur solum.
Manifestum etiam quod distribuens iniustum facit
set non plus habens semper. non enim cui iniustum inest iniustum
facit. set cui volenti hoc facere. Hoc autem
unde principium actionis quod est in distribuente. set
non in accipiente. Adhuc si multipliciter facere

dicitur. et est ut inanimata occidunt. et manus
et famulus precipientis. non iniustum facere
faciunt autem iniusta. Adhuc si quidem ignorans
iudicavit. non iniustum facit secundum legale iu-
stum. neque iniustum iudicium est. Est autem ut
iniustum. alterum enim legale iustum et primum. Si
autem cognoscens iudicavit iniuste. avaritiam facit
et ipse. vel gratie vel pene. quemadmodum et si quis par-
ticipetur iniustificationem. Et quoniam propter hoc iudicavit in-
iuste plus habet. Et enim sic qui agrum iudica-
vit non agrum set argentum accepit. Homines
autem in se ipsis existimant esse iniustum facere. propter
quod et iustum esse facile. Hoc autem non est. commisceri
quidem enim ei que vicini. et percutere proximum
et dare manu argentum. facile et in ipsis. Set
sic habentes hec facere neque facile neque in ipsis. Simili-
ter autem et cognoscere iusta et iniusta nichil
existimant sapientis esse. quoniam de quibus le-
ges dicunt non difficile intelligere. set non hec
sunt iusta set secundum accidens. Set qualiter operata et quali-
ter distributa iusta. hoc autem opus plus quam
sana scire. quia et illic mel et vinum et elleborum
et ustionem et incisionem scire facile. Set qualiter
oportet distribuere ad sanitatem et cui et quando. tantum
opus quantum medicum esse. Propter ipsum autem hoc
et iusti existimant esse nichil minus iniustum
facere. quoniam nichil minus iustus set et magis potens
utique unumquodque operari horum. Et enim commisceri
mulieri et percutere. et fortis clipeum dimittere
et conversus in qualemcumque currere. Set timere
et iniustum facere non hoc facere est nisi secundum
accidens. set sic habentem hoc facere. Quemadmodum et
medicari et sanare non incidere vel non in-
cidere vel farmacum dare vel non farmacum
dare est. set sic. Sunt autem iusta in hiis in quibus
inest simpliciter bona. habent et superhabundantiam
in hiis et defectum. Hiis quidem enim non est superhabun-
dantia ipsorum. puta forte diis. Hiis autem nulla
particula utilis insanabiliter malis. set omnia nocent.
Hiis autem usque ad hoc. propter hoc autem humanum est.

De epyeykia vero et epyeyke qualiter habet
epyeykia quidem ad iustitiam epyeykes
autem ad iustum. proximum est dicere. Neque enim
ut idem simpliciter. neque ut alterum genere videntur entibus
Et quandoque enim epyeykes laudamus et virum

universale iustitiam et ad ipsum intellectum referendo. nocens sibi ipsi facit iniustum civitati tamen non sibi ipsi ut probat. Et aliquando dicimus aliqua esse iniusta sive contra particularem iustitiam et ad ipsum intellectum referendo contra iniusta nullus neque sibi neque civitati facit iniustum ut probat ... aliquando

talem. Quare et ad talia laudantes transferimus
pro bono magis epyeykes. Quam melius ostenden-
tes. Quoniam autem ratione sequentibus videtur inconveni-
ens si epyeykes preter iustum quid existens
laudabile est. Vel enim iustum non studiosum vel
epyeykes aliud. Vel si ambo studiosa idem sunt.
Dubitatio quidem igitur fere accidit propter hec de epye-
ikes. Habent enim omnia per modum quendam recte
et nichil contrarium sibi ipsis. Epyeikes enim iusto
quodam ens melius est iustum et non ut aliud
quodam genus existens et melius est iusto. Idem ergo
iustum et epyeikes. Et ambobus studiosis existen-
tibus melius epyeikes. Facit autem dubita-
tionem quoniam epyeikes iustum quidem est, non quod secundum
legem autem, sed directio iusti legalis. Causa autem
quoniam lex quidem universalis omnis. De quibusdam autem
non possibile recte dicere universaliter. In quibusdam
igitur necesse quidem dicere universaliter, non possibile autem rec-
te. Sed ut in pluri accipit lex, non ignorans quod pec-
catum est. Et est nichil minus recta. Peccatum
enim non in lege neque in legis positore, sed in natura rei est.
Confestim enim operabilium materia talis est. Cum igitur dicat
lex universaliter, accidat autem in hiis ulterius preter universale, tunc recte habet ubi reli-
quid legis positor et peccavit simpliciter dicens,
dirigens quod deficit, quod et legis positor sic utique
diceret illic presens. Et si sciret, lege posuisset.
Propter quod iustum quidem est et quodam melius iusto,
non eo quod simpliciter autem, sed eo quod propter simpliciter peccatum. Et
est hec natura que epyeikes, directio legis ubi deficit
propter particulare. Hoc enim causa et eius quod non omnia secundum legem
esse, quia de quibusdam impossibile ponere legem.
Quare sententia indiget. Indeterminati enim indetermi-
nata et regula est, quemadmodum et Lesbie edificationis plumbea re-
gula est. Ad figuram enim lapidis transmutatur
et non manet regula, et sententia ad res. Quid
quidem igitur est epyeikes, et quoniam iustum et quodam meli-
us iusto, manifestum. Manifestum autem ex hoc et epyeikes
quis est. Talium enim electivus et operativus, et
non acribodikaios ad deterius, sed minora-
tivus, quamvis habens legem adiutricem, epyeikes
est. Et habitus epyeikia, iustitia quedam
existens, non autem quidam alter habitus.

Utrum autem contingit sibi ipsi iniustum facere
vel non, manifestum ex hiis que dicta sunt. Quedam

quidem enim sunt iusta secundum omnem virtutem a lege or-
dinata. Puta non iubet se ipsum interficere lex.
Que autem non iubet prohibet. Adhuc autem
cum preter legem nocet non contra nocentem, volens iniu-
stum facit. Volens autem sciens et quem et quo.
Qui autem propter iram se ipsum occidit, volens hoc
operatur preter rectam legem, quod non sinit lex. Iniu-
stum facit igitur. Sed cui? Vel civitati, sibi ipsi autem
non. Volens enim patitur. Iniustum autem patitur
nullus volens. Propter quod et civitas dampnificat.
Et quedam inhonoratio adest se ipsum corrumpenti
ut civitati iniustum facienti. Adhuc secundum quod
iniustus qui solum iniustum faciens et non totaliter
pravus, non est iniustum facere sibi ipsi. Hoc enim aliud
ab illo est. Est enim aliqualiter iniustus sic malus
quemadmodum timidus, non ut totam habens mali-
ciam. Quare neque secundum hanc iniustum facit. Simul
enim eidem utique erit auferri et adiacere
idem. Hoc autem impossibile. Sed semper in pluribus necesse est
iustum et iniustum. Adhuc autem volunta-
rium et ex electione et prius. Qui enim quia passus
est et idem contrafaciens, non videtur iniustum facere. Ipse
autem a se ipso eadem simul et patitur et facit. Adhuc
erit utique volentem iniustum pati. Cum hiis ab-
sque secundum partem iniustificationibus nullus iniustum
facit. Mechatur autem nullus eam que sui ipsius,
neque suffodit suum ipsius murum, neque furatur que sui
ipsius. Totaliter autem solvitur sibi ipsi iniustum facere
secundum determinationem eam que de voluntarie iniustum pati.
Manifestum autem et quoniam ambo quidem prava, et iniustum
pati et iniustum facere. Hoc quidem enim minus, hoc autem
plus habere est medii. Et quemadmodum sanum quidem in me-
dicinali, bene habitivum autem in exercitativa. Sed tamen deterius
iniustum facere. Iniustum facere quidem enim cum malicia
et vituperabile erit, et malicia vel perfecta et
simpliciter vel propinque. Non enim omne voluntarium cum
iniustitia. Iniustum pati autem sine malicia et in-
iustitia. Secundum ipsum quidem igitur iniustum pati mi-
nus pravum. Secundum accidens autem nichil prohibet maius
malum. Sed nichil cura est arti, sed pleuresim dicit
maiorem egritudinem offensione pedis. Quamvis fiat
utique alia aliquando secundum accidens. Puta offendentem propter
cadere accidat ab adversariis capi et mori.
Secundum metaphoram autem et similitudinem est non ipsi ad
se ipsum iustum, sed eorum que ipsius aliquibus. Non

facit iniustum ut probat ex quibus cum unum istorum modorum oportet ... contra iniustum ... nullo ... aliquis possit facere iniustum sibi ipsi ... quod non contingit sibi ipsi iniustum facere ...

nt. = 83

omne autem nichil quam dominatum vel dispositum. In hiis
racionibus distat racio hiis partis anime ad irracionale in que
utique respicitur, et videtur esse iusticia ad se ipsum.
Quoniam in hiis est pati aliquid preter eos qui sunt ipsius
appetitum. Quemadmodum igitur principanti et principato esse ad in
vicem iustum aliquid et hiis. De iusticia quidem
igitur et aliis moralibus virtutibus determinatum sit per
hunc modum.

Quia existimamus prius
dicentes quoniam oportet medium eligere, neque
superhabundanciam neque defectum. Medium
autem est ut recta racio dicit, hoc dividamus.
In omnibus enim dictis habitibus quemadmodum et in aliis est
quoddam signum ad quod respiciens racionem habens intendit
et remittit. et quis est terminus medietatum quas
inter medium dicimus esse superhabundancie et defectus
existentes secundum rectam racionem. Est autem dicere quod sic
verum, nichil autem manifestum. et enim in aliis studiis
esse quecumque est sciencia. hoc verum quidem dicere. quoniam neque
plura neque minora oportet laborare neque negligere
sed media et ut recta racio. hoc autem solum habens utique
aliquis nichil utique sciet amplius. puta
qualia oportet afferri ad corpus. si quis dicat quecumque
medicinalis iubet. Et ut qui hanc habet. Propter
quod oportet et circa anime habitus non solum verum esse hoc dictum
sed determinatum. et que est recta racio. et hic quis terminus.
Anime autem virtutes distinximus. et has quidem esse
moris dixi, has autem intellectus. De moralibus quidem igitur
pertransivimus. de reliquis autem de anima prius
dicentes dicamus sic. Prius quidem igitur dictum est duas
esse partes anime. et racionem habens et irracionale. Nunc autem
de racionem habente per eundem modum dividendum. et supponatur
duo racionem habencia. unum quidem quo speculamur
talia encium quorum principia non contingunt aliter habere
unum autem quo contingencia. ad ea enim que genere altera
et anime particularum alterum genere ad utrumque aptum
natum. siquidem per similitudinem quandam et proprietatem
cognicio existit ipsius. Dicatur autem horum hoc quidem
scientificum. hoc autem racionativum. consiliari enim et racionari
idem. nullus autem consiliatur de non contingentibus
aliter habere. quare racionativum est una quedam pars racionem habentis.
Sumendum igitur utriusque horum quis optimus
habitus. hic enim virtus utriusque. virtus autem ad opus
proprium. Tria autem sunt in anima dominancia actus et veritatis
sensus et intellectus appetitus. Horum autem sensus
nullius principium actus. Manifestum autem eo quod
bestie sensum quidem habent. actus autem non communicant.
Est autem quod in mente affirmacio et negacio
hoc in appetitu persecucio et fuga. Quare
quia moralis virtus habitus electivus. electio
autem appetitus consiliativus. oportet quidem propter hec
racionem veram esse. et appetitum rectum. siquidem electio
studiosa. Et eadem hanc quidem dicere. hunc autem
persequi. Hec quidem igitur mens et veritas practica.
Speculative autem mentis et non practice bene
et male. verum est et falsum. hoc enim est omnis intellectivi
opus. practici autem et intellectivi. veritas confesse ha
bens appetitui recto. Actus quidem igitur principium
electio. unde motus. sed non cuius gracia. electionis autem
appetitus et racio que gracia alicuius. propter quod neque sine in
tellectu et mente neque sine morali est habitu electio. bona
actio enim et contrarium in actione sine mente
et more non est. Mens autem ipsa nichil movet
sed que gracia huius et practica. hec enim et factive principa
tur. gracia enim huius facit omnis faciens et non finis
simpliciter. sed ad aliquid et alicuius factum. sed non actum.
bona actio enim finis. Appetitus autem huius. propter quod vel appe
titivus intellectus electio. vel appetitus intellectivus. et
tale principium homo. Non est autem eligibile
nichil factum. puta nullus eligit Ylion captam
fuisse. Neque enim consiliatur de facto. sed de futuro et
contingente. factum autem non contingit non fieri. propter quod
recte Agathon. Solo enim ipso et deus privatur in
genita facere. que utique sunt facta. Utrarum
quidem utique intellectivarum particularum veritas opus.
Secundum quos igitur maxime habitus verum dicet utraque
ipsarum virtutes ambabus. Incipientes igitur superius
rursum de ipsis dicamus.

Sunt utique quibus verum dicit anima affir
mando vel negando. quinque per numerum. hec
autem sunt ars. sciencia. prudencia. sapiencia. intellectus. Suspi
cione enim et oppinione contingit falli dicere.
Sciencia quidem igitur est hinc manifestum. si oportet certifica
re. et non sequi similitudines. omnes enim suspicamur
quod scimus non contingere aliter habere. contingencia
autem aliter. cum extra speculari fiant latent. si sunt vel
non sunt. ex necessitate igitur est scibile. eternum igitur. ex
necessitate enim encia simpliciter omnia eterna. eterna autem
ingenita et incorruptibilia. Adhuc docibilis
omnis sciencia videtur esse. et scibile discibile. Ex precognitis
autem omnis doctrina quemadmodum in analeticis diximus.
hec quidem enim per inductionem. hec autem sillogismo. Induccio quidem

utique principium est et universalis. Syllogismus autem ex universalibus. Sunt ergo principia ex quibus syllogismus, quorum non est syllogismus. Inductio ergo. ¶ Scientia quidem igitur est habitus demonstrativus et quecumque alia determinavimus in analeticis. Cum enim aliqualiter credit et cognita ipsi sunt principia, scit. Si enim non magis conclusione, per accidens habebit scientiam. ¶ De scientia quidem igitur determinatum sit secundum hunc modum.

Contingentis autem aliter se habere est aliquid et factibile, alterum autem est factio et actio. Credimus autem de ipsis et exterioribus sermonibus. Quare et cum ratione habitus activus alterum est ab eo qui cum ratione factivo habitu. Propter quod neque continentur sub invicem. Neque enim actio factio, neque factio actio est. ¶ Quia autem edificativa ars quedam est et quod habitus quidam cum ratione factivus. Et neque nulla ars est que non cum ratione factivus habitus est, neque talis que non ars. Idem utique erit ars et habitus cum ratione vera factivus. ¶ Est autem omnis ars circa generationem et artificiare et speculari qualiter utique fiat aliquid contingentium et esse et non esse, et quorum principium in faciente, sed non in facto. Neque enim de hiis que ex necessitate sunt vel fiunt ars est, neque de hiis que secundum naturam. In ipsis enim habent hec principium. ¶ Quia autem factio et actio alterum, necesse artem factionis, sed non actionis esse. Et secundum modum quendam circa eadem est fortuna et ars. Quemadmodum et Agathon ait: ars fortunam dilexit et fortuna artem. Ars quidem igitur ut dictum est habitus, habitus quidam cum ratione vera factivus est. Atrexia autem contrario cum ratione falsa factivus habitus est circa contingens aliter habere.

De prudentia autem sic utique assumamus speculantes quos utique dicimus prudentes. ¶ Videtur autem prudentis esse posse bene consiliari circa ipsi bona et conferentia, non secundum partem, puta qualia ad sanitatem vel fortitudinem, sed ad bene vivere totum. ¶ Signum autem quod et eos qui circa aliquid prudentes dicimus, quando ad finem aliquem studiosum bene ratiocinabuntur, quorum non est ars. Quare et totaliter utique erit prudens consiliativus. Consiliatur autem nullus de impossibilibus aliter habere, neque non contingentibus ipsi agere. Quare siquidem scientia quidem cum demonstratione, quorum autem principia contingunt aliter habere, horum non est demonstratio. ¶ Omnia enim contingunt et aliter habere. Et non est consiliari de hiis que ex necessitate sunt. Non utique erit prudentia scientia, neque ars. ¶ Scientia quidem quoniam contingit actibile aliter habere. Ars autem quoniam aliud genus actionis et factionis. ¶ Relinquitur igitur ipsam esse habitum verum cum ratione activum circa homini bona et mala. ¶ Factionis quidem enim finis alterum, finis actionis autem non utique. Est enim ipsa eupraxia finis. ¶ Propter hoc Periclea et tales prudentes existimamus esse, quoniam ipsis bona et hominibus possunt speculari. Esse autem tales existimamus dispensativos et politicos. ¶ Hinc et temperantiam hoc appellamus nomine velud salvantem prudentiam. Salvat autem non talem existimationem. ¶ Non enim omnem existimationem corrumpit neque pervertit delectabile et triste, puta trigonum duos rectis equales habere vel non habere, sed eas que circa operabile. ¶ Principia quidem eorum operabilium quod cuius gratia operabilia. Corrupto autem propter delectationem vel tristitiam, confestim non apparebit principium, neque oportere huius gratia, neque propter hoc eligere omnia et operari. Est enim malitia corruptiva principii. Quare necesse prudentiam habitum esse cum ratione verum circa humana bona operativum. ¶ Sed et utique artis quidem est virtus, prudentie autem non est. Et in arte quidem volens peccans eligibilior. Circa prudentiam autem minus, quemadmodum et circa virtutes. Palam igitur quoniam virtus quedam est et non ars. ¶ Duabus autem entibus partibus anime ratione habentium, alterius utique erit virtus, opinativi. Opinio enim est circa contingens aliter habere, et prudentia. Sed tamen neque habitus cum ratione solum. Signum autem quod oblivio talis quidem habitus est, prudentie autem non est.

Quia autem scientia de universalibus est existimatio et eorum que ex necessitate entium. Sunt autem principia demonstrabilium et omnis scientie. Cum ratione enim scientia. Scibilis principii neque utique scientia erit, neque ars, neque prudentia. Scibile quidem enim demonstrabile. Hec autem sunt existentia esse contingentia aliter habere. Neque utique sapientia horum est. Sapientis enim de quibusdam habere demonstrationem est. ¶ Si utique quibus verum dicimus et nequaquam mentimur circa non contingentia vel et contingentia aliter habere, scientia et prudentia est et sapientia et intellectus. Horum autem trium nullum contingit esse. Dico autem tria prudentiam, scientiam, sapientiam. Relinquitur igitur intellectum esse principiorum.

Sapientiam autem in artibus certissimis artes assignamus, puta Phidiam lathomum sapientem, Polycletum statuificem. Hic quidem igitur nihil aliud significantes sapientiam quam quoniam virtus artis

Diffinitio prudentie

est. Esse autem quosdam sapientes existimamus totaliter, non secundum partem neque aliud aliquid sapientes. Quemadmodum Homerus ait in Margite: Hunc autem utique fossorem dii posuerunt, neque aratorem, neque aliter quid sapientem. Quare manifestum quoniam certissima utique scientiarum erit sapientia. Oportet igitur sapientem non solum que ex principiis scire, sed et circa principia verum dicere. Quare erit utique sapientia intellectus et scientia. Et quemadmodum caput habens scientia honorabilissimorum. Inconveniens enim si quis scientiam politicam vel prudentiam studiosam existimat esse, si non optimum eorum que in mundo homo est. Si utique sanum quidem et bonum alterum hominibus et piscibus, album autem et rectum idem semper. Et sapiens idem omnes utique dicerent, prudentem autem alterum. Circa se ipsum enim singula quidem bene speculans diceretur utique esse prudens, et huic commiserentur (?) ipsa. Propter quod et bestiarum quasdam prudentes aiunt esse, quecumque circa ipsarum vitam videntur potentiam habere provisivam. Manifestum autem utique erit quoniam non utique erit sapientia et politica eadem. Si enim eam que circa utilia ipsis dicunt sapientiam, multe erunt sapientie. Non enim una circa omnium bonum animalium, sed altera circa singula, si non et medicinalis una de omnibus entibus. Si autem quoniam optimum homo aliorum animalium, nichil differt. Et enim hominis alia multum diviniora secundum naturam, puta manifestissima ex quibus mundus constat. Ex dictis utique manifestum quoniam sapientia est et scientia et intellectus honorabilissimorum natura. Propter quod Anaxagoram et talem et Tales sapientes quidem, prudentes autem non aiunt esse, cum videant autem ignorantes conferentia sibi ipsis. Et superflua quidem et admirabilia et difficilia et divina scire ipsos aiunt, inutilia autem quoniam non humana bona querunt. Prudentia autem circa humana et de quibus est consiliari. Prudentis enim maxime hoc opus esse dicimus, bene consiliari. Consiliatur autem nullus de impossibilibus aliter habere, neque de quibuscumque non finis aliquis est. Et hic operabile bonum. Simpliciter autem bonus consiliator est optimi homini operabilium coniectativus secundum ratiocinationem. Neque enim prudentia universalium solum, sed oportet et singularia cognoscere. Activa enim, actus autem circa singularia. Propter quod et quidam non scientes quibusdam scientibus magis activi et in aliis experti. Si enim sciat quoniam leves bene digestibiles carnes et sane, quales autem leves ignoraret,

non faciet sanitatem. Sed sciens quoniam volatilium leves et sane faciet magis. Prudentia autem activa. Quare oportet ambas habere, vel hanc magis.

Erit autem quedam utique et hic architectonica. Est autem et politica et prudentia idem quidem habitus, esse quidem non idem ipsis. Eius autem que circa civitatem, hec quidem ut architectonica prudentia legis positiva, hec autem ut singularia, commune habet nomen politica. Ipsa autem activa et consiliativa. Sententia quidem enim operabilis ut extrema. Propter quod civiliter conversari hos solum dicunt. Soli enim operantur isti quemadmodum cheirotechne. Videtur autem et prudentia maxime esse que circa ipsum et unum. Et habet ipsa commune nomen prudentia. Illarum autem hec quidem yconomica, hec autem legis positio, hec autem politica, et huius hec quidem consiliativa, hec autem iudicativa. Species quidem igitur quedam utique erit cognitionis sibi ipsi scire. Sed habet differentiam multam. Et videtur qui circa se ipsum sciens et conversans prudens esse, politici autem polipragmones. Propter quod et Euripides: Qualiter autem utique prudens essem cui vacabat in negotio, in multis numeratum, militie equaliter participare. Superfluos enim et aliquid operantes. Querunt enim sibi ipsis bonum et existimant oportere operari. Ex hac igitur opinione venit hos prudentes esse. Quamvis forte non est hoc quod ipsius sine yconomia neque sine urbanitate. Adhuc autem que ipsius qualiter oportet disponere immanifestum et intendendum. Signum autem est ipsius quod dictum est. Et geometrici quidem iuvenes et disciplinati fiunt et sapientes talia, prudentes autem non videntur fieri. Causa autem quoniam et singularium est prudentia. Que autem fiunt cognita ex experientia. Iuvenis autem expertus non est. Multitudo enim temporis facit experientiam. Quoniam et hoc utique aliquis intueretur, propter quid mathematicus quidem puer fiet utique, sapiens autem vel physicus non. Vel quoniam hec quidem per abstractionem sunt, horum autem principia ex experientia. Et hec quidem non credunt iuvenes, sed dicunt, horum autem quod quid est non immanifestum. Adhuc peccatum vel circa universale in consiliando vel circa singulare. Vel enim quoniam omnes ponderose aque prave, vel quoniam hec ponderosa. Quoniam autem prudentia non est scientia, manifestum. Extremi enim est, quemadmodum dictum est. Operabile enim tale. Attingibilis autem sic (?) quod utique intellectui opponitur quidem utique prudentia

intellectum. Intellectus quidem enim terminorum quorum non est ratio,
hec autem extremi cuius non est scientia, sed sensus. non qui propri-
orum, sed qualiter sentimus quod in mathematicis extre-
mum trigonum. stabit enim et illic. Sed hic magis
sensus prudentia. illius autem alia species. Quere-
re autem et consiliari differunt. consiliari enim
querere quoddam est.

Oportet autem querere de eubulia quid est,
utrum scientia quedam, vel opinio, vel eu-
stochia, vel aliud quoddam genus. Scientia quidem
utique non est. Non enim querunt de quibus
sciunt. eubulia autem consilium quoddam. Consilians
autem querit et ratiocinatur. Sed tamen neque eustochia. Sine
ratione enim et velox quidem eustochia. Consilian-
tur autem multo tempore. et aiunt operari quidem opor-
tere velociter consiliata. consiliari autem tarde.
Adhuc solertia aliud et eubulia. Est autem eusto-
chia quedam solertia. Neque utique op-
pinio eubulia nulla. Sed quia qui quidem ma-
le consilians peccat. qui autem bene recte con-
siliatur. Palam quoniam rectitudo quedam eubulia
est. neque scientie autem neque oppinionis. scientie quidem enim
non est rectitudo. neque enim peccatum. Oppinionis
autem rectitudo veritas. Simul autem et determinatum
est iam omne cuius oppinio est. Sed tamen neque
sine ratione eubulia. quo mentis igitur deficit. hec
enim non dum est enunciatio. Et enim oppinio non
questio. sed enunciatio quedam iam. Consilians
autem sive bene sive male consilietur querit
aliquid et ratiocinatur. Sed rectitudo quedam est
eubolia consilii. propter quod consilium querendum
primum quidem et tota quid. Quia autem rectitu-
do multipliciter. palam quoniam non omnis. Incon-
tinens enim et pravus quod proponit videre ex ratioci-
natione adipiscetur. Quare recte erit con-
silians. malum autem magnum assumens. Videtur autem
bonum quoddam bene consiliari. eubolia que boni
adeptiva. Sed est et hoc falso sillogismo sortiri. et quod quidem oportet
facere sortiri. per quod autem non. Sed falsum medium terminum
esse. quare neque ipsa aliqualiter eubolia per quam quod oportet
quidem adipiscitur. non quidem per quod oportuit.
Adhuc est multo tempore consiliantem sortiri.
hunc autem velociter. Igitur neque illa aliqualiter eubolia.
Sed rectitudo que secundum utile. et cuius oportet. et ut. et quando.
Adhuc est simpliciter bene consiliari. et ad quoddam
finem simpliciter dirigens. quedam autem que ad quoddam
finem. Hec quidem simpliciter utique. que ad finem
simpliciter dirigens. quedam autem que ad quemdam
finem. Si utique prudentium bene consiliari.
eubulia erit utique rectitudo que secundum conferens
ad finem. cuius prudentia vera suspitio est.

Est autem et sinesis, et asynesia secundum quas dicimus
synetos, et asynetos. Neque totaliter idem scientie
vel oppinioni. Omnes enim essent syneti. vel aliqua
una earum que secundum partem scientiarum. puta medicinalis
de sanis. vel utique esset. vel geometria circa ma-
gnitudines. Neque enim de semper entibus et immobilibus
synesis est. neque de factis quibuscumque. Sed de quibus dubi-
tabit utique aliquis. et consiliabitur. propter quod
circa eadem quidem prudentie est. Non est autem idem sy-
nesis et prudentia. prudentia quidem enim preceptiva
est. Quid enim oportet agere vel non. finis ipsius est.
Synesis autem iudicativa solum. idem enim synesis
et eusynesia. et enim syneti et eusyneti. est autem
neque habere prudentiam. neque sumere synesis. Sed quemadmodum
addiscere dicitur symenai cum utitur scientia. sic in
uti oppinione ad iudicare de hiis de quibus pru-
dentia est. alio dicente et iudicare bene. Eu enim
et quod est bene idem. et hinc venit nomen sinesis
secundum quam eusineti. ex ea que est in addiscere. Dicimus enim
addiscere symenai multotiens. Vocata autem gnome
secundum quam eugnomonas. et habere aiunt gnomen. epy-
cykeos est iudicium recti. Signum autem epyci-
kea enim maxime aiunt esse sigonomonicum. Et e-
picykes habere circa quedam sigonomen. Siggnome autem est
iudicativa epicykeos recta. Recta autem veri.
Sunt autem omnes habitus rationabiliter in idem tendentes.
Dicimus enim gnomen et synesim et prudentiam et
intellectum in eosdem inferentes gnomen habere iam
et intellectum. et prudentes et synetos. Omnes enim
potentie hee extremorum sunt et singularium. et in eo
quidem quod iudicativus est de quibus prudens
synetus et eugnomon vel sigonomon. epyickes
enim communia bonorum omnium sunt in eo quod ad alium. Sunt autem sin-
gularium et extremorum omnia operabilia. Et enim pru-
dentem oportet cognoscere ipsa. et synesis et gno-
me circa operabilia. Hec autem extrema. Et intellectus extre-
morum in utraque. Et enim primorum terminorum et extremorum
intellectus est. et non ratio. Hic quidem secundum demonstrationes
immobilium terminorum et primorum. hic autem in practicis

extremi et contingentis et alterius propositionis. Principia enim eius quod est cuius gratia hec. ex singularibus enim universale. Horum igitur oportet habere sensum. hic autem est intellectus. Propter quod et naturalia videntur esse hec. et natura sapiens quidem nullus. gnomen autem habet et synesim et intellectum. Signum autem quoniam et etatibus existimamus sequi. et hec aliqua etas intellectum habet et gnomen. ut natura causa existente. Propter quod et principium et finis intellectus. ex hiis enim demonstrationes et de hiis. Quare oportet attendere expertorum et seniorum vel prudentum indemonstrabilibus enuntiationibus et opinionibus non minus demonstrationum. propter habere enim ex experientia visum vident principia. Que quidem igitur prudentia et sapientia. et circa que utraque existens. et quoniam alterius anime particule virtus utraque dictum est.

Dubitabit autem utique aliquis de ipsis que utiles sint. Sapientia quidem enim nichil speculatur ex quibus erit felix homo. nullius enim est generationis. prudentia autem hoc quidem habet. sed cuius gratia opus est ipsa. siquidem prudentia quidem est que circa iusta et pulcra et bona homini. hec autem sunt que boni est viri operari. nichil autem magis operativi in eo quod est scire ipsa sumus. siquidem habitus virtutes sunt. quemadmodum neque sana neque bene habitiva. quecumque non in eo quod est facere. sed in eo quod ab habitu esse dicuntur. nichil enim magis operativi in eo quod est habere medicinalem et exercitativam sumus. Si autem non horum gratia prudentem ponendum. sed ei quod est fieri existentibus studiosis. nichil utique erit utilis. adhuc autem neque non habentibus. nichil enim differt ipsos habere vel aliis habentibus persuaderi. sufficienterque habebit utique nobis. quemadmodum et de sanitate. volentes enim sani esse tamen non discimus medicinalem. Adhuc autem inconveniens esse utique videbitur si deterior sapientia existens principalior ipsa erit. faciens enim principatur et precipit circa singulum. De hiis autem dicendum. nunc autem dubitatum est de ipsis solum. Primum quidem igitur dicimus quia secundum se ipsas necessarium eligibiles ipsas esse virtutes existentes utriusque virtutis particule. et non faciunt nichil neutra ipsarum. Deinde et faciunt quidem non. ut medicinalis autem sanitatem. sed ut sanitas. sic sapientia felicitatem. pars enim existens totius virtutis in habendo facit et idpe-

ran felicem. Adhuc opus perficitur secundum prudentiam et moralem virtutem. virtus quidem enim intentionem facit rectam. prudentia autem que ad hanc. Quarte autem particule anime non est virtus talis nutritive. nichil enim in ipsa operari vel non operari. De eo autem quod est nichil esse magis operativos propter prudentiam bonorum et iustorum paulo superius incipiendum sumentes principium hoc. quemadmodum enim et iusta dicimus operantes quosdam nequaquam iustos esse. puta a legibus ordinata facientes vel nolentes. vel propter ignorantiam. vel propter aliud quidem. et non propter ipsa. quamvis operantur que oportet. et quecumque oportet studiosum. sic ut est qualiter habentem operari singula. sit bonus. dico autem puta propter electionem. et ipsorum gratia operatorum. Electionem quidem igitur rectam facit virtus. Quecumque autem illius gratia nata sunt fieri non sunt virtutis. sed alterius potentie. Dicendum autem docentibus manifestius de ipsis. Est utique quedam potentia quam vocant dinoticam. hec autem est talis ut ad suppositam intentionem conferentia possit hec operari et sortiri ipsis. Siquidem igitur intentio sit bona. laudabilis est. si autem prava astutia. propter quod et prudentes dinos et astutos aiunt esse. Est autem prudentia non potentia. sed non sine potentia hac. habitus autem visui huic fit anime non sine virtute. ut dictum est. et est manifestum. sillogismi enim operabilium principium habentes sunt. quia talis finis et optimus qualiscumque ens. esto enim sermonis gratia quodcumque. hoc autem nisi bono non apparet. pervertit enim malitia et mentiri facit circa practica principia. Quare manifestum quia impossibile prudentem esse non ente bonum. Intendendum utique rursus et de virtute. Et enim virtus similiter habet ut prudentia ad dinoticam. non eadem quidem similis autem. sic et naturalis virtus ad principalem. omnibus enim videtur singulos morum existere natura aliqualiter. et enim iusti et temperati et fortes. et alia habemus confestim a nativitate. Sed tamen querimus alterum quid principaliter bonum esse. et talia per alium modum existere. et enim pueris et bestiis naturales existunt habitus. sed sine intellectu nocivi videntur existentes. Verumtamen tantum videtur videri. quoniam quemadmodum corpori forti sine visione moto accidit falli forti. propter non habere visum. sic et hic. Si autem accipiat intellectum in operari differt.

habitus aut simul existens, tunc erit proprie virtus.
Quare quemadmodum in opinativo due sunt species,
dinotes et prudentia, sic in morali due sunt,
hec quidem virtus naturalis, hec autem principalis.
Et hac principalis non fit sine prudentia. Propter
quod aiunt omnes virtutes prudentias esse. Et Socra-
tes sic quidem recte querebat, sic autem peccabat.
Quoniam quidem enim prudentias existimabat esse omnes
virtutes peccabat. Quoniam autem non sine pruden-
tia bene dicebat. Signum autem et enim nunc omnes quando dif-
finiunt virtutem apponunt habitum dicentes et ad
que est secundum rectam rationem. Recta autem que secundum pruden-
tiam. Videntur utique divinare aliqualiter omnes
quoniam talis habitus virtus est que secundum prudentiam.
Oportet autem parum transcendere. Non enim solum que
secundum rectam rationem, sed que cum recta ratione habitus vir-
tus est. Rectam autem rationem de talibus prudentia. Socra-
tes quidem igitur rationes virtutes existimabat
esse. Scientias enim esse omnes. Nos autem cum ratione. Manifestum
igitur ex dictis quoniam non possibile bonum principaliter sine
prudentia, neque prudentem sine morali virtute.
Sed et ratio sic dissolvetur utique qua disputabit
quis quoniam separantur ab invicem virtutes. Non
enim idem optime natus ad omnes. Quare hanc quidem
sumpsit, hanc autem nequaquam assumpsit. Erit hoc secundum quidem
naturales virtutes contingere, secundum quas autem simpli-
citer dicitur bonus non contingit. Simul enim prudentie
uni existenti omnes inerunt. Manifestum autem quoniam
si non practica esset, quoniam indigeret utique ipsa
propter particule virtutem esse. Et quoniam non erit electio
recta sine prudentia, neque sine virtute. Hec quidem
enim finem, hec autem que ad finem facit operari. Sed
tamen neque principalis est sapientie neque melioris par-
ticule, quemadmodum neque sanitatis medicinalis.
Non enim utitur ipsa, sed videt qualiter fiat. Illius
gratia precipit, sed non illi. Adhuc simile et si dicat
politicam dicit principari deorum, quoniam precipit de
omnibus que in civitate.

Post hec autem
dicendum aliud facientes principium
quoniam de moribus fugiendorum tres sunt
species: malitia, incontinentia, be-
stialitas. Contraria autem duobus manifesta:
hoc quidem enim virtutem, hoc autem continentiam vocamus.
Ad bestialitatem autem maxime utique congruit dicere

super nos virtutem heroicam et divinam, quemadmodum
Homerus de Hectore fecit dicentem Priamum quoniam
valde erat bonus. Neque videbatur viri mortalis
puer existere, sed dei. Quare si quemadmodum aiunt
ex hominibus fiunt dii propter virtutis superexcellentiam,
talis quidem utique erit videlicet bestialitati op-
positus habitus. Et enim quemadmodum neque bestie est mali-
tia neque virtus, sic neque dei. Sed hec quidem honorabilius
virtute, hec autem alterum quoddam genus malitie. Quo-
niam autem rarum et divinum virum esse, quemadmodum Lacones consue-
verunt appellare, quando admirantur valde aliquem, divinum
virum aiunt, sic et bestialis in hominibus rarus, maxime
autem in barbaris est. Fiunt autem quidam et propter egritudines
et orbitates. Et propter malitiam autem hominum super-
excedentes sic supra infamamus. Sed de hac quidem dispositione
posterius faciendum quandam rememorationem. De ma-
litia autem dictum est prius. De incontinentia autem
et mollitie et deliciis dicendum, et de continentia et per-
severantia. Neque enim ut de eisdem habitibus virtuti et
malitie utramque ipsarum suscipiendum, neque ut alterum
genus. Oportet autem quemadmodum in aliis ponentes que appa-
rent et primum dubitantes sic ostendere ma-
xime quidem omnia probabilia de has passiones,
si autem non, plura et principalissima. Si enim solvan-
tur difficilia et derelinquantur probabilia, osten-
sum utique erit sufficienter.

Videtur utique continentia et perseverantia
studiosorum et laudabilium esse, incontinentia
autem et mollities pravorum et vituperabilium.
Et idem continens et permansivus in ratione,
et incontinens et egressivus a ratione. Et incontinens
quidem quoniam prava agit propter passionem, continens
autem sciens quoniam prave concupiscentie non sequitur propter rationem.
Et temperatum quidem continentem et perseverativum.
Talem autem hii quidem omnem temperatum, hii autem non. Et
intemperatum incontinentem, et incontinentem intemperatum
confuse; hii autem alteros esse aiunt. Prudentem autem
quandoque quidem non aiunt contingere esse incontinentem,
quandoque autem quosdam prudentes existentes et
dinos incontinentes esse. Adhuc incontinentes
et quidem dicuntur et ire et honoris et lucri. Que quidem
igitur dicuntur hec sunt. Dubitabit autem utique aliquis qualiter
existimans recte incontinens est quis. Scien-
tem quidem igitur non aiunt quidam possibile esse. Dirum
autem scientia existente, ut existimabat Socrates,

aliud quid

aliud quidem operari. et talem esse ipsum quemadmodum So-
crates. Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad
rationem. ut non existente incontinentia. nullum
enim existimantem operari preter optimum. sed propter igno-
rantiam. Iste quidem igitur sermo dubitat de appa-
rentibus manifeste. et oportunum querere circa pas-
sionem. si propter ignorantiam. quis modus fit
ignorantie. ¶ Quoniam enim non existimat quidem
incontinens. existens autem in passione fieri manifestum.
Sunt autem quidam qui hec quidem concedunt. hec autem non.
¶ Scientia quidem enim nichil esse melius confitentur.
nullum autem operari preter opinatum melius non con-
fitentur. et propter hoc incontinentem aiunt non scientiam habentem
obtineri a voluptatibus. sed opinionem. ¶ At vero si
opinio et non scientia. neque fortis suspicatio contendens
sed quieta. quemadmodum in dubitantibus. venia ei que
est non manere in hiis ad concupiscentias fortes.
Malicie autem non venia. neque aliorum nulli increpa-
bilium. Prudentia igitur contendente. hec enim fortissimum.
sed inconveniens. Erit enim idem simul prudens et in-
continens. dicet autem utique nullus prudentis
esse operari volentem pravissima. Cum hiis autem
ostensum est prius. quoniam activus quidem prudens. extre-
morum enim aliquis. et alias habens virtutes. ¶ Ad-
huc siquidem in eo quod est concupiscentias habere fortes
et pravas continens. non erit temperatus continens.
neque continens temperatus. neque enim quod valde temperati neque
pravas habere. sed tamen oportet quidem. siquidem enim bone con-
cupiscentie. pravus prohibens habitus non sequi. Quare
continentia non omnis studiosa. si autem infir-
me et non prave. nichil venerabile. neque si pra-
ve et infirme nichil magnum. ¶ Adhuc si omni
opinioni permansivum facit continentia prava
puta si et falsa. et si ab omni opinione incontine-
ntia egressivum. erit aliqua studiosa incontinen-
tia. puta Sophoclis Neoptolemus in Philocte-
te. laudabilis enim non permanens quibus suasus
est ab Ulixe propter tristari mentiens. ¶ Adhuc
sophisticus sermo mentiens dubitatio. propter inop-
pinabilia enim velle arguere ut sapientes
sint cum attingunt facta sillogismus dubitatio fit. ligatum
est enim mens cum manere non velit propter non pla-
cere conclusum. procedere autem non possit propter
solvere non habere sermonem. ¶ Accidit autem ex quodam
sermone insipientia cum incontinentia virtus.

contraria enim operatur quorum opinatur propter in-
continentiam. opinatur autem bona mala esse. et
non oportere operari. quare bona et non ma-
la operabitur. ¶ Adhuc persuasus operans et per-
sequens delectabilia et eligens melior utique
videbitur eo qui non propter ratiocinationem sed propter in-
continentiam. sanabilior enim propter dissuaderi
utique. Incontinens autem tenus proverbio in quo
aiunt quando aqua suffocat quid oportet adhuc bibere.
Siquidem enim persuasus esset que agit dissuasus
utique quievisset. nunc autem non suasus nichil
minus talia agit. ¶ Adhuc si circa omnia incontine-
ntiam et continentiam quis simpliciter incontinens.
nullus enim omnes habet incontinentias. aiunt autem esse quos-
dam simpliciter. ¶ Dubitationes quidem igitur tales quedam
accidunt. horum autem hec quidem interimere oportet. hec autem relin-
quere. solutio enim dubitationis inventio est.

Primum quidem igitur intendendum. utrum scientes
vel non. et qualiter scientes. Deinde circa qualia
continentem et incontinentem ponendum. Dico autem
utrum circa omnem delectationem et tristitiam. vel circa quasdam
determinatas. et continentem et perseverantem. utrum
idem vel alter est. Similiter autem et de aliis quecumque co-
gnata speculationis sunt huic. Est autem principium
intentionis. utrum continens et incontinens
sunt eo quod circa que. vel qualiter habentes differunt. Dico autem
utrum circa hec esse solum incontinens vel non.
vel in ut. vel non. sed ex ambobus. Deinde si circa omnia est
incontinentia et continentia vel non. neque enim circa omnia
est simpliciter incontinens. sed circa que intemperatus.
¶ Neque enim in ad hec simpliciter habere. hic quidem enim ducitur
eligens. existimans semper oportere presens delecta-
bile prosequi. hic autem non existimat. prose-
quitur autem. ¶ De eo quidem igitur quod est opinionem
veram sed non scientiam preter quam incontinentes agunt
nichil differt ad rationem. Quidam enim opinantium
non dubitant. sed existimant certe scire. Si igitur propter
quiete querere credere opinantes magis
scientibus quam preter opinionem agunt. nichil di-
fferet scientia ab opinione. ¶ Quidam enim credunt
nichil minus quibus opinantur quam alii quibus
sciunt. Manifestat autem Eraclitus. Sed quoniam
dupliciter dicimus scire. et enim habens quidem non utens autem scientia
et utens dicitur scire. differt habentem quidem non spe-
culantem autem et speculantem agere que non oportet

agere ab eo quod est habentem et speculantem. hoc enim
videtur durum. sed non si non speculans. ¶ Adhuc quia
duo modi propositionum quibus utentem habentem quidem ambas
nichil prohibet operari preter scientiam utentem
tamen quidem universali. sed non ea que secundum partem. ope-
rabilia enim singularia. ¶ Differt autem et universale. hoc
quidem enim in se ipso. hoc autem in re est. ¶ Puta quoniam
omni homini confert sicca. et quoniam iste homo. vel quoniam siccum
quod tale. sed si hoc tale. vel non habet. vel non operatur.
Secundum hos utique differre modos impossibile
tantum ut videatur. sic quidem scire nichil inconveni-
ens. aliter autem admirabile. ¶ Adhuc habere scientiam
secundum alium modum a dictis nunc. existit hominibus. in habere quidem
enim. non in uti. differentem videmus habitum. Quare
et habere aliqualiter et non habere. puta dormientem et
maniam patientem. et vinolentum. at vero sic dis-
ponuntur in passionibus existentes. ire enim et con-
cupiscentie venereorum. et quedam talium. manife-
ste et corpus transmutant. ¶ Quibusdam autem et in-
sanias faciunt. palam igitur quoniam similiter habere dicendum
incontinentes his. ¶ Dicere autem sermones
eos qui a scientia. nullum signum. Et enim in passionibus
hiis existentes. demonstrationes et verba dicunt
Empedoclis. et primum discentes. complectuntur
quidem sermones. sciunt autem nondum. oportet enim connasci. hoc
autem tempore indiget. ¶ Quare quemadmodum simulantes
sic existimandum dicere et incontinentes. ¶ Ad-
huc autem et sic naturaliter utique aliquis respiciet causam.
hec quidem enim universalis opinio. altera autem de singularibus
quorum sensus iam proprius. ¶ Cum autem una
fiat ex ipsis. necesse conclusum. hic quidem dicere anime.
in factivis autem operari confestim. puta si omne
dulce gustare oportet. hoc autem dulce ut unum aliquod
singularium. necesse potentem. et non prohibitum
simul hoc et operari. ¶ Cum igitur quidem universalis insit prohibens
gustare. hec autem quoniam omne dulce delec-
tabile. hoc autem dulce. hec autem operatur. forte autem con-
cupiscentia inexistente. hec quidem dicit fugere
hoc. concupiscentia autem ducit. movere enim potest unamquamque
particularum. Quare accidit a ratione aliqualiter et
opinione incontinentem agere. ¶ Non contraria autem
secundum se ipsam. sed secundum accidens. concupiscentia enim contraria
sed non opinio recte rationi. ¶ Quare et propter
hoc bestias non incontinentes dicimus. quoniam non
habent universalem opinionem. sed singularium fantasiam

et memoriam. ¶ Qualiter autem solvitur ignorantia
et rursus fit sciens. et incontinens. eadem ratio
que et de vinolento. et dormiente. et non
propria huius passionis. quam oportet a phisiologis
audire. ¶ Quoniam autem ultima propositio et opinio sen-
sibilis. et principalis actionum. hanc vel non
habet in passione ens. vel sic habet. ut non erat in habere
scire. sed dicere. quemadmodum vinolentus que
Empedoclis. sed propter non universale neque scientificum similiter esse
videri extremum universali. et videtur quod querebat Socra-
tes accidere. Non enim principaliter esse videtur scientia
presente fit passio. neque ipsa attrahitur propter
passionem. sed de sensibili. ¶ De eo quidem igitur que
sciente vel non. et qualiter sciente contingit in-
continentem operari tanta dicta sint.

Utrum autem est aliquis incontinens simpliciter
vel omnes secundum partem. et si est circa qualia est
dicendum deinceps. ¶ Quoniam quidem igitur et circa delectationes
et tristitias sunt continentes et perseverativi
et incontinentes molles. manifestum. ¶ Quoniam autem
sunt hec quidem necessaria faciencium delectationem. hec autem
eligibilia quidem secundum se ipsa. habentia autem superha-
bundantiam. necessaria sunt corporalia. ¶ Dico
autem talia. et que circa cibum. et venereorum oppor-
tunitatem. et talia corporalium. circa que tem-
perantiam posuimus et intemperantiam. non necessaria
quidem enim. eligibilia autem secundum se ipsa. dico autem pu-
ta victoriam. honorem. divitias. et talia
bonorum et delectabilium. ¶ Eos quidem igitur qui
ad hec preter rectam rationem superexcellunt eam que in ipsis
simpliciter quidem non dicimus incontinentes. appone-
ntes autem pecuniarum incontinentes et lucri. et ho-
noris. et ire. ¶ Simpliciter autem non. ut alteros.
et secundum similitudinem dictos. quemadmodum homo qui olim-
pia vicit. illi autem communis ratio a propria parum differe-
bat. sed tamen altera erat. Signum autem incontinentia
quidem enim vituperatur. non ut peccatum solum
sed ut malitia quedam. vel simpliciter existens. vel
secundum quandam partem. horum autem nullus. ¶ Eorum
autem que circa corporales voluptates circa quas
dicimus temperatum. vel qui non eligendo eligentes
delectabilium prosequens superhabundantias.
et tristium fugiens. et esurie et siti. et calo-
ris et frigoris. et omnium que circa tactum et gustum
sed preter electionem et intellectum incontinens dicitur. Non secundum appositionem

quā eē h. quēadm̄ irē. s; simplr̄ solū. ¶ Sig
aūt. et cui molles dnr̄. eē has. eē illaꝝ ai
nullam. ¶ Et ꝓp̄ h ī idē īpatum. et īcōtinē
tem ponimus. et continentē. et ipatū. s; et
nō eoꝝ nullum. ꝓp̄ eē easdem aliqualr̄ uo
luptates. et tristitias eē. hij sūt quid' eē h
s; nō similr̄ sūt. s; hij quidē eliguntur ꝓp̄
q magis intēpatum utique dici. qui nij cō
cupiscens. ul' quiete prosequitur habun
dantias. et fugit moderatas tristitias. q̄
hūc. qui ꝓp̄ ɔcupiscē ualde. ¶ Q̄s. n. utique
ille faceret si ad eē ɔcupiā iuuenilis. et eē
necesoꝝ indigentias. tristitia fortis.

Quia aūt ɔcupiscentiaꝝ delectatonū. hec q̄
sūt gnē bonoꝝ. et studiosoꝝ. delecta
biliū aūt. quedā nā eligibilia. quedā aūt
contraria hijs. quedam aūt intmedia. quē
adm̄ diximus prius. puta pecunie et lucrū
et uictoria. et honor. ad omīa aūt talia. et
intmedia nō ipati. et concupiscē et amare. uitu
perantur. s; aliqualr̄ et suphabundare
¶ ꝓp̄ q q̄ pt' ronē. ul' dnantur ul' prosequūt
eoꝝ que natura aliquid pulcroꝝ et bonū. pu
ta eē honorem. et magis quā ɔr studentes
uel filios ul' parentes. Et. n. hij bonoꝝ
et laudantur qui eē h studet. s; tn̄ ē quedā
suphabundātia et hijs. siquis quēadm̄ no
tes rebelles. et ad eos. ul' quēadm̄ satyrus
philopator ɔgnominatus eē patrē. ualde. n. ui
debatur desipi. ¶ Malitia quidē g̃ nulla
eē h. ꝓpt' id q̄ dc̄m ē. qa nā eligibiliū unūq̄
q; est. ꝓp̄ se ipm. puie aūt et fugiēde sr̄ ipoꝝ
suphabundātie. similr̄ aūt nij incōtinentia
Incontinentia aūt nō solum fugiendū. s; et
uitupabiliū est. ꝓp̄ silitudinē aūt passio
nis apponentes ad incontinentiā eē unūqdq
dnt. puta medicum ut malū. et ypocritā
quā simplr̄ utique nō diceret malū. q̄
adm̄ g̃ nij hic. ꝓp̄ nō malitiam eē unāquāq;
hijs ipaꝝ. s; h. ut' analogiā siles. sic uidelicet
et illic existimandū solam incontinentiam. et
continentiā eē. que est eē eadē temperantie et
intemperantie. Circa irā aūt ꝓp̄ silitudinē dicimus
¶ ꝓp̄ q et apponentes incontinentes ire. quē
adm̄ honoris et lucri et animus. ¶ Q̄r aūt sūt

quedam q̄d' delectabilia nā. et hoꝝ. h quidē
simplr̄. h aūt s̄m gnā aīū et hoīm. h aūt nō
sūt. s; h quidē ꝓp̄ orbitates. h aūt ꝓp̄ ɔsue
tudines fiūt. h aūt ꝓp̄ prauas naturas ē
et eō hoꝝ singula. similes uidere habitus. di
co aūt bestiales. puta eē hoiēs. qui dnr̄ pre
gnantes rescindentes. pueros deuorare. ul'
qualibus bestialitate dnr̄ gaudere quosdam
siluestriū eē pontū. hos quidē crudis. hos aūt
hoīm carnibus. hos aūt pueros comedere ul'
ad inuicē ad conuiuiū. ul' eē phalari dcōꝝ.
hij quidē bestiales. hij aūt ꝓp̄ egritudines fiūt. et
in aīa quibusdam. quēadm̄ matrē sacrificans
et comedens. ul' ɔserui epar. hij aūt egritudina
les. ul' ex consuetudine. puta piloꝝ euulsi
ones. et unguiū corrosiones. ad huc aūt carbonū
et terre. Cū hijs que uenereoꝝ masculis. hijs
quidē. n. natura. hijs aūt ex consuetudīe
accidit. puta assuefactis ex pueris. ¶ Quās
quid' g̃ natura. cā. hos utique nullus dicet
incontinentes. quēadm̄ nij mulieres. qm̄
nō ducūt. s; ducuntur. ¶ Silr̄ aūt et egroti
uos hn̄tibz. ꝓp̄ consuetudinē. ¶ Hrē quidē
g̃ singula hoꝝ. eē extra est malitie. quēad
modū. et bestialitas. hn̄tē aūt superare. ul' su
perari. nō simplr̄ incontinentia. s; que s̄m sili
tudinē. quēadm̄ eū qui hēt. s̄m hunc modū
passionis incontinentē aūt nō simplr̄ dcō.
¶ Omnis. n. suphabundans malitia et insipie
ntia. et timiditas. et intemperantia. et crudelitas
hec quidē bestiales. h aūt egritudinales sūt
h quidē. n. nā talis timere omīa. et si sonuit
faciat mus s̄m bestialem timiditatē timidus
hic aūt in iuste catulum timuit ꝓp̄ egritudinē
¶ Et insipientiū hij quidē ex natura irratio
nales. et s; solum sensum uiuentes. bestiales
Quēadm̄ quedā gnā longe barbaroꝝ. hij
aūt ꝓp̄ egritudinē. puta epilenticas. ul' manias
egritudines. egritudinales. ¶ Hoꝝ aūt
est quid' hrē quedā q̄s. nō supari aūt. dico aūt
puta si phalaris tenuit concupiscens pue
rū comedere. ul' ad uenereoꝝ inconuenientē
delectatoꝝ. ¶ Est aūt supari nō solū hrē. quē
adm̄ et malitia que quidē s̄m hoīem. simplr̄ dr̄
malitia. Q̄ aūt s̄m appoīm qm̄ bestialis uel

egritudinalis simpliciter autem non per eundem modum
inde bestialis unde incontinencia est. hec quidem besti
alis. hec autem egritudinalis. simpliciter autem que
per humanam intemperantiam solum. Quoniam quidem
incontinencia et continencia est solum circa
que intemperantia et temperantia. et que circa
alia. est alia species incontinentie dicte per metha
foram. et non simpliciter malum.

Quoniam autem et minus turpis incon
tinencia que ire. quam que concupiscentiarum,
speculabimur. Videtur enim ira audire quidem
aliquid rationis. obaudire autem. quemadmodum veloces
ministrorum. priusquam audire omne. currunt peccant
in ordinatione. et canes antequam intendere si amicus
si solum sonitum fuerit latrant. Sic ira propter
caliditatem et velocitatem nature. audiens
quidem. non preceptum que audiens. movetur
ad punitionem. ratio quidem enim vel fantasia. quoniam
iniuria. vel contemptus. manifestavit. hec autem quem
admodum sillogizans. quoniam oportet talem oppugnare. irasci
tur confestim. Concupiscentia autem si solum dicat. quoniam
delectabile. ratio. vel sensus. movetur ad fruitionem.
Quare ira quidem consequitur rationem aliqua
liter. concupiscentia autem non. Turpior igitur qui quidem enim
ire. a ratione aliqualiter vincitur. Qui autem concupiscentie
non a ratione. Adhuc naturalibus magis veniam con
sequi appetitibus. quia et concupiscentiis talibus
magis. quecumque communes omnibus. et inquantum
communes. Ira autem naturalius et difficultas
concupiscentiis his. que superhabundantie
et non necessariis. quemadmodum defendens qui patrem
percuteret. et enim iste dixit eum qui sui ipsius. et
ille eum qui supremus. et puerum ostendens. et iste
me dixit. cum vir fuerit. Cognatum enim nobis
Et trahens a filio quiescere iussit apud hostium. et
enim ipse traxisse patrem usque huc. Adhuc
iniustiores magis insidiantes. Iracundus autem
dem igitur non insidiator. neque ira. sed manifestus.
Concupiscentia autem. quemadmodum venerem aiunt. dolo
se. enim concupiscentie. et variam corrigiam. et homerus.
deceptio que furata est intellectum spissi sapientis
Quare si quidem iniustior. et turpior incontinen
tia hec. ea que circa iram est. et simpliciter incontinencia
et malicia aliqualiter. Adhuc nullus iniuria
tur tristatus. qui autem ita facit. omnis facit cum

tristatus. luxurians cum delectatione. Si igitur tali
bus. iniustis maxime iustum. hec autem iniusticia
et incontinencia. que propter concupiscentias. Non enim est
ira in iuria. Quoniam igitur quidem turpior que circa concu
piscentias incontinencia. ea que circa iram. Et quoniam
est continencia et incontinencia. circa concupiscentias
et delectationes corporales. manifestum.

Ipsarum autem harum differentias assumendum. quemad
modum enim dictum est a principio. hee quidem
humane sunt. et naturales. et genere et ma
gnitudine. hee autem bestiales. hee autem orbitates
et passiones et egritudines. Harum autem circa primas
temperantia et intemperantia est solum. propter quod et be
stias. neque temperatas dicimus. nisi ut per methaforam. et
si aliquo totaliter aliud differt genus animalium. contume
lia et synomoria. et omnivorax esse. Non enim habent
electionem. neque ratiocinationem. sed distant a natura. quem
admodum insanientes hominum. Minus autem
malum bestialitas. malicia. terribilius autem. Non
enim corruptum est optimum. quemadmodum in homine
sed corruptum est et non habet. Simile autem igitur. quemadmodum
inanimatum comparare ad animatum. utrum peius. Inno
centior enim pravitas semper que non habentis prin
cipium. intellectus autem principium. Simile igitur comparare in
iustitiam ad hominem iniustum. Est enim ut utrumque
peius. decies milies plura enim utique mala faciet
homo malus bestia.

Circa eas autem que per tactum et gustum
delectationes et tristitias. et concupi
scentias. et fugas. circa quas intemperantia
et temperantia determinata autem prius. est quidem sic habere
al' vincat ut vincatur quibus multi meliores. est autem
superare. et quibus multi minores. Horum autem
hic quidem circa delectationes incontinens. hic autem
continens. hic autem circa tristitias mollis. hic autem
perseverans. In medio autem plurimorum habitus. etsi decli
nant magis ad deteriores. Quoniam autem quedam
delectationum necessarie sunt. hee autem non. et usque
ad quid. superhabundantie autem non. neque defectus.
Similiter autem et circa concupiscentias habet. et tristitias super
habundantias quidem persequens delectatio
num. vel superhabundantias. vel propter electionem.
et propter ipsas. et nil propter alterum advenientis. intem
peratus. necessarium hunc non esse penitivum. Qua
re et insanabilis. deficiens autem oppositus

medius autem intemperatus. Similiter autem et fugiens corporales tristitias non propter vinci, sed propter electionem. Non eligentium autem, hic quidem ducitur propter delectationem, hic autem propter fugere tristitiam que a concupiscentia. Quare differunt ad invicem. Omnis autem utique videbitur deterior esse si quis non concupiscens vel quiete operatur quid turpe quam si vehementer concupiscens. Et si non iratus percutit quam si iratus. Quid enim faceret in passione existens? Propter quod intemperatus deterior incontinente. Dictorum utique hic quidem velut mollities species magis, hic autem intemperatus. Opponitur intemperato. Opponitur autem incontinenti quidem continens, molli autem perseverativus. Perseverare quidem enim est in eo quod est contendere, continentia autem in eo quod est superare. Quemadmodum et non vinci et quod est vincere. Propter quod et eligibilius continentia perseverantia est. Deficiens autem ad que multi et contendunt et possunt, iste mollis et delicatus. Et enim delitia mollities quedam est. Qui trahit vestimentum ut non laboret secundum eam que elevare tristitiam, et imitans laborantem non existimatur miser esse misero similis existens. Similiter autem habet et circa continentiam et incontinentiam. Non enim si quis a fortibus et superexcellentibus delectationibus vincitur vel tristitiis admirabile, sed condonabile si contratendens, quemadmodum theodecti philocletes ab vipera percussus vel carcini in alope kerkion. Et quemadmodum continere temptantes risum repente effundunt quale contigit xenophanto. Sed si quis ad quas multi possunt abstinere ab hiis vincitur, non potens contratendere, non propter naturam generis vel propter egritudinem, puta in scitarum regibus mollities propter genus, et ut femininum ad masculinum distat, constituit.

Videtur autem et lusivus intemperatus esse. Est autem mollis. Lusio enim remissio est, siquidem requies. Ad hanc autem superhabundantium lusivus. Incontinentie autem hec quidem precipitatio, hec autem debilitas. Hii quidem enim consiliantes non immanent quibus consiliati sunt propter passionem, hii autem propter non consiliari ducuntur a passione. Quidam enim quemadmodum pretitillantes non titillantur, sic presentientes et previdentes et preexcitantes se ipsos et rationem non vincuntur a passione, nisi delectabilis sit nisi tristis. Maxime autem acuti et melancolici secundum infrenatam incontinentiam sunt incontinentes. Hii quidem enim propter velocitatem, hii autem propter vehementiam non expectant rationem propter sequentes esse fantasie.

Est autem intemperatus quidem quemadmodum dictum est non penitivus; immanet enim electioni. Incontinens autem penitivus omnis. Propter quod non quemadmodum dubitavimus sic et habet. Sed hic quidem insanabilis, hic autem sanabilis. Assimulatur autem malitia quidem velud ydropisi et ptisi, incontinentia autem epilenticis. Hec quidem enim continua, hec autem non continua malitia. Et totaliter autem aliud genus incontinentie et malitie. Malitia quidem enim latet, incontinentia autem non latet. Ipsorum autem meliores extasici quam rationem habentes quidem non immanentes autem. A minori enim passione vincuntur, et non inconsiliati, quemadmodum alteri. Similis enim incontinens velociter inebriatis et a pauco vino et minori quam ut multi. Quoniam quidem igitur malitia incontinentia non est, manifestum. Sed quo forte. Hec quidem enim preter electionem, hec autem secundum electionem est. Insuper et simile quidem secundum actiones quemadmodum et quod demoduci ad milesios. Milesii enim stulti quidem enim non sunt, operantur autem qualia quidem stulti. Et incontinentes iniusti quidem non sunt, iniusta autem faciunt. Quoniam autem hic quidem qualis talis non propter suasum esse persequi eas que secundum superhabundantiam et preter rectam rationem corporales delectationes, hic autem persuasus est propter talem esse qualem persequi ipsas, ille quidem igitur facile transgredibilis, iste autem non. Virtus enim et malitia principium, hec quidem corrumpit, hec autem salvat. In actionibus autem quod cuius gratia principium, hoc quidem corrumpit, quemadmodum in mathematicis suppositiones. Neque utique illic ratio doctiva principiorum, neque hic, sed virtus et naturalis assuetiva eius quod est recte opinari circa principium. Temperatus quidem igitur talis, intemperatus autem contrarius. Est autem aliquis propter passionem excessivus preter rectam

rationem. quem non agere propter rectam rationem superat passio. ut autem sit talis qualis persuasus est prosequi. est. propter autem esse talem qualem persuasionem persuasus esse prosequi inprohibite oportere tales delectationes. non superat. iste autem incontinens melior intemperato. et neque pravus simpliciter. salvatur enim optimum principium. alius autem contrarius inmansivus. et non excessivus propter passionem. Manifestum utique ex hiis. quoniam hic quidem studiosus habitus. hic autem pravus.

Utrum igitur continens. vel per quodcumque aut nichil. qui qualicumque rationi. et qualicumque electioni immanet. vel qui recte. et incontinens autem qui qualicumque. non immanens electioni et qualicumque rationi. vel qui falsae rationi. et electioni non recte quemadmodum dubitatum est prius. Vel per accidens qui qualicumque. per se ipsum autem qui vere rationi. et recte electioni. hic quidem immanet. hic autem non immanet. Si enim quis hoc propter hoc eligit vel prosequitur. per se ipsum quidem hoc eligit. et prosequitur. per accidens autem quod prius. Simpliciter autem dicimus quod per se ipsum. quare est quidem ut qualicumque opinioni. hic quidem immanet. hic autem excedit. Simpliciter autem qui vere. Sunt autem quidam immansivi opinioni quos autem vocant ischirognomes. puta difficile persuasibiles. et non facile transuasibiles. Qui sunt quidem aliquid habent continenti. quale prodigus liberali. et audax confidenti. Sunt autem alii secundum multa. hic quidem enim propter passionem. et concupiscentiam non transmutatur continens. quia facile persuasibilis. cum contingat. erit continens. Hii autem non a ratione quoniam concupiscentias assumunt. et ducuntur multi a delectationibus. Sunt autem quidam yschirognomes et ydyognomes. et indisciplinati et agrestes. ydyognomes quidem propter delectationem et tristitiam. gaudent enim vincentes si non transuadeantur et tristantur. si infirma que ipsorum sit. quemadmodum sententie. Quare magis incontinenti assimulantur quam continenti. Sunt autem quidam qui hiis que visa non immanent non propter incontinentiam. puta in philoctete qui sophocleis neoptolemi qualis propter delectationem non immansive. sed bonam. verum dicere enim ipsi bonum erat. persuasus est autem ab odiseo mentiri. sed non dicere. Non enim omnis qui propter delectationem aliquid operatur est intemperatus. sive pravus. sive incontinens sed qui propter turpe.

Quia autem aliquis est et talis qualis minus quam oportet corporalibus gaudens. et non immanens rationi talis hic. et incontinentis et medius continens. incontinens quidem enim non immanet rationi propter magis quid. Continens autem immanet. et non propter alterum transmutatur. Si autem si quidem continentia studiosum utrosque contrarios habitus pravos esse. quemadmodum et apparent. sed propter alterum in paucis. et raro esse manifestum. quemadmodum temperantia intemperantie videtur contrarium esse solum. sic et continentia incontinentie. Quia autem secundum similitudinem multa dicuntur. et continentia que temperati secundum similitudinem consecuta est. Est enim continens potens nichil preter rationem propter corporales delectationes facere et temperatus. Sed hic quidem habens. hic autem non habens pravas concupiscentias. et hic quidem talis qualis non delectari preter rationem. hic autem qualis delectari. sed non duci. Similes autem et incontinens. et intemperatus. alia quidem existentes utrique autem corporalia delectabilia prosequuntur. sed hic quidem et existimans oportere hic autem non existimans. Neque simul prudentem et incontinentem contingit esse eundem simul. enim prudens et studiosus secundum morem ostensum est ens. Adhuc non in sciendo solum prudens est. sed in eo quod practicus. Incontinens autem non practicus. Dexium autem nichil prohibet incontinentem esse. propter quod et videntur quandoque prudentes esse quidem. incontinentes autem propter dinoticam differre a prudentia secundum eum modum in primis sermonibus. et secundum quidem rationem prope esse. Differre autem secundum electionem. Neque utique ut sciens et speculans. sed ut dormiens vel vinolentus et volens quidem. secundum modum enim quemadmodum sciens et quod facit. et cuius gratia. malus autem non. Electio enim epieikes. semimalus. Quare et non iniustus. Non enim insidiator. hic quidem enim ipsorum non immansivus. quibus utique consiliabitur

Melancolicus autem neque consiliativus totaliter. Assimilatur utique incontinens civitati que calculantur omnia necessaria et leges habet studiosas utitur autem nulla quemadmodum anaxandrides convitiatus est. civitas volebat cui legum nichil est cure. Malus autem utenti quidem legibus. male autem utenti. Est autem incontinentia et continentia esse superexcellens multorum habitum. hic quidem enim magis immanet. hic autem minus pluribus potest. Sanabilior autem incontinentiarum secundum quam melancolici incontinenter agunt. consiliantium non immanentium autem. Et per consuetudinem incontinentes naturalibus. facilius enim consuetudinem transmutare natura. propter hoc enim et consuetudo difficilis quoniam nature assimilatur. quemadmodum et evenus dicit. aio diuturnam meditationem immanere amice et utique hanc hominibus finientem naturam esse. Quid quidem igitur continentia est. et quid incontinentia et perseverantia. et mollicies. et quomodo hii habitus habent ad invicem dictum est.

De delectatione autem et tristitia speculari eius qui politicam philosophatur iste enim finis architector. ad quem respicientes. unumquodque hoc quidem malum. hoc autem bonum simpliciter dicimus. Adhuc autem necessariorum intendere de ipsis. Et enim virtutem et maliciam moralem esse tristitias. et delectationes posuimus. Et felicitatem. plures enim cum delectatione esse aiunt. propter quod et beatum nominaverunt a gaudere. Hiis quidem igitur videtur. neque una delectatio esse bonum. neque per se ipsum. neque per accidens. Non enim esse idem bonum et delectationem. Hiis autem quedam quidem esse. multe autem prave. Adhuc autem horum tertium si et omnis bonum. tamen non contingit esse optimum delectationem. Totaliter quidem igitur non bonum. quoniam omnis delectatio generatio est in naturam sensibilis. Nulla autem generatio cognata finibus. puta neque una edificatio domus. Adhuc temperatus fugit delectationes. adhuc prudens non triste persequitur non delectabile. Adhuc impedimentum ei quod est prudentem esse delectationes. et quanto magis gaudet magis puta eam que venereorum. nullum enim utique posse intelligere aliquid in ipsa. Adhuc ars neque una delectationis. quamvis omne bonum artis opus. Adhuc pueri et bestie persequuntur delectationes. Hii autem non omnes studiosas. quoniam sunt et turpes et probrose. et que nocive. egritudinalia enim quedam delectabilium. Ad hec autem non optimum delectatio. quoniam non finis. sed generatio. que quidem igitur dicuntur fere hec sunt.

Quoniam autem non accidit propter hec non esse bonum neque optimum. ex hiis manifestum. Primum quidem quoniam bonum dupliciter. hoc quidem enim simpliciter hoc autem alicui et nature et habitus consequentur. Quare et motiones. et generationes consequuntur et prave. iste simpliciter. prave alicui autem non sed eligibiles huic. Quedam autem neque huic. sed alicui et pauci tempore. eligibiles autem non. Hec autem neque delectationes. sed videntur quecumque cum tristitia. et medicine gratia puta que laborantium. Adhuc quia boni hoc quidem operatio. hoc autem habitus est. Secundum accidens constituentes in naturalem habitum. delectabiles sunt. Est autem operatio in concupiscentiis indigentis et reliqui habitus et nature. quia et sine tristitia et concupiscentia sunt delectationes. puta eius que est speculari operationes natura non indigente. Signum autem quoniam non eodem delectabili gaudent per quem repletur natura. et constituta quidem. Sed constituta quidem simpliciter delectabilibus. que repletur autem et contrariis. Et enim acutis et amaris gaudent. quorum nichil neque natura delectabile. quare neque delectationes. Ut enim delectabilia ad invicem constituuntur sunt. sic et delectationes que ab hiis. Adhuc non necessarium alteras quedam esse meliores delectatione. quemadmodum quidam aiunt finem generatione. Non enim generationes sunt. neque cum generatione omnes. sed operationes et finis neque fiendorum accidunt. sed utentium et finis. non omnium alterum quid. sed in perfectione ducentium nature propter quod et non bene habet sensibilem generationem dicere esse delectationem. Sed magis dicendum operationem eius qui secundum naturam habitus. pro eo autem quod est sensibile non impeditum. Videtur autem generatio quedam esse. quoniam principaliter bonum. Operationem enim generationem existimant esse. est autem posterius. Esse autem pravas. quoniam egritudinalia quedam. delectabilia idem. quoniam et

sana quidem prava ad procreationem. hec autem prava
simpliciter. sed non prava sed huic. quia et speculari ali-
quando nocet ad sanitatem. Impedit autem neque prudenti-
e neque habitui neque uni que ab unoquoque de-
lectatio. sed aliene. quia que a speculari et di-
scere. magis facient speculari et discere. Ar-
tis autem non esse opus neque unam delectationem ratio-
nabiliter accidit. sed enim alterius operationis neque unius
artis est. sed potentie. quamvis et pigmentaria ars et
pulmentaria. videtur delectationis esse. Temperatum
autem fugere. et prudentem persequi non tristem
vitam. et pueros et bestias persequi. eodem
solvuntur omnia. Quia enim dictum est. et qualiter bone
simpliciter. et qualiter non bone omnes delectationes.
Tales et pueri et bestie persequuntur. et harum non
contristationem prudens. eas que cum concupiscentia
et tristitia. et corporales tales. enim hee et harum
superhabundantias secundum quas intemperatus.
Propter quod temperatus fugit has. quia sunt delectatio-
nes et temperantia.

Sed tamen quod et tristitia malum confessum
est et fugibile. hec quidem enim simpliciter
malum. hec autem eo quo impedit. fugibili
autem contrarium. vel fugibile aliquid et malum vel
bonum. Necesse igitur delectationem bonum quoddam esse.
Ut enim Speusippus solvebat. non accidit solutio. quem-
admodum maius minori et equali contrarium.
Non enim utique diceret quod vere malum quid
esse delectationem. Optimum autem nichil pro-
hibet delectationem aliquam esse. si quedam prave
delectationes. quemadmodum et scientiam quandam
quibusdam pravis existentibus. Forte autem
et necessarium siquidem uniuscuiusque habitus sunt ope-
rationes non impedite. sive omnium operatio est
felicitas sive alicuius ipsorum. si fuit non impedita
eligibilissimam esse. hec autem est delectatio. opti-
mum multis delectationibus existentibus si con-
tingit simpliciter. Et propter hoc omnes felicem delec-
tabilem existimant vitam esse. et implicant
delectationem in felicitatem rationabiliter. nulla enim
operatio perfecta impedita. felicitas autem perfectorum.
Propter quod indiget felix hiis que in corpore bonis
et hiis que exterius. et fortuna ut non im-
pediantur hec. Rotatum autem et infortuniis ma-
gnis incidentem felicem dicentes esse. si sit bonus
vel volentes vel nolentes nichil dicunt. Propter in-
digere autem fortuna. videtur quibusdam idem
esse bona fortuna felicitati. non existens. quoniam
et ipsa superexcellens impediens est. et forte
non est bonam fortunam vocare iustum. ad fe-
licitatem ipsius. et persequi autem omnia. et be-
stias et homines delectationem. signum quoddam
eius quod est esse aliqualiter optimum ipsam. fama
autem non omnino perditur quam populi multi famant.
Sed quoniam non eadem neque natura neque habitus op-
timus. neque est neque videtur. neque delectationem persequuntur
eandem omnes. Forte autem et persequuntur non
quam existimant neque quam utique dicerent.
sed eandem. omnia enim natura habent quoddam divinum.
Sed et acceperunt nominis hereditatem cor-
porales delectationes. propter et plurimies declina-
re in ipsas. et omnes participare ipsas. propter so-
las igitur cognitas esse solas has existimant
esse. Manifestum autem et quoniam si non delectatio
bonum et operatio non erit vivere delectabi-
liter felicem. Cuius enim gratia indigeret utique
ipsa. siquidem non bonum. Sed et triste contingit
vivere. Neque malum enim neque bonum tristitia. si-
quidem neque delectatio. Quare propter quid utique fu-
geret. Neque utique delectabilior vita studiosi
si non et operationes ipsius.

De corporalibus autem utique delectationi-
bus intendendum. dicentibus quoniam quedam
delectationes eligibiles valde. puta bone
sed non corporales. et circa quas intemperatus.
Propter quid igitur contrarie tristitie male. ma-
lo enim bonum contrarium. vel sic bone necessarie. quoniam
et non malum bonum est. vel usque ad hoc bone. ha-
bituum quidem enim et motuum quorumcumque non est
melioris superhabundantia. neque delectationis.
Quorumcumque autem est. et delectationis.
Corporalium autem bonorum est superhabundantia
et pravus persequendo superhabundantiam
est pravus. sed non necessarias. Omnes enim gau-
dent aliqualiter. et pulmentis et vino et ve-
nereis. sed non ut oportet. Contrarie autem tristitia. non
enim superhabundantiam fugit. sed totaliter. Non
enim superhabundantie tristitia contraria. sed
persequenti superhabundantiam. Quia autem
non solum oportet verum dicere. sed et causam falsi. hoc enim confert

ad fidem cum improbabile appareat. propter quid
videtur verum non ens verum. facit credere ei
magis. Quare dicendum propter quid videntur corpo-
rales delectationes eligibiliores. Primum
quidem utique quia expellunt tristitiam. et
propter superhabundantias tristitie ut existente
medicina. delectationem persequuntur super-
habundantem et totaliter corporalem. Ve-
hementes autem fiunt medicine. propter quod et queru-
tur propter iuxta contrarium apparere. Non
studiose utique videtur delectatio propter duo hec
quemadmodum dictum est. quia hec quidem prave nature
sunt operationes. vel ex nativitate quemadmodum
bestie. vel propter consuetudinem. quemadmodum que
pravorum hominum. hec autem medicine. quia indigen-
tis. Et habere melius quam fieri. hec autem
accidunt hiis qui perficiuntur. per accidens igitur stu-
diose. Adhuc persequuntur sunt propter vehementes
esse. a non potentibus aliis gaudere. Ipsi igitur sibi
ipsis sitim quandam preparant. Cum quidem igitur in-
nocuas. irreprehensibile. cum non habent alteram in quibus
gaudeant. tale neutrum. Omnibus triste propter
naturam. semper enim laborat animal. quemadmodum et naturales
sermones testantur. videre. audire. dicentes
esse triste. Sed iam assueti sumus ut aiunt.
Similiter autem in iuventute quidem propter augmentationem
quemadmodum vinolenti disponuntur. et delecta-
bile iuventus. Melancolici autem per naturam
indigent semper medicina. et enim corpus propter complexi-
onem et semper in appetitu vehementi sunt. Expel-
lit autem delectatio tristitiam. et que contraria et
que contingens. si sit fortis. Et propter hec intempe-
rati et pravi fiunt. Que autem sine tristitie
non habent superhabundantiam. hec autem que natura
delectabilium. et non per accidens. Dico autem per accidens
delectabilia medicantia. Quia enim accidit
sanari sustinente sano operante aliquid
propter hoc delectabile videtur esse. Natura autem delecta-
bilia que faciunt actum tales nature. Non
semper autem nullum delectabile idem propter non simpli-
cem esse naturam nostram. sed esse aliquid et alterum. secundum quod
corruptibilia. Quare siquid alterum agat
hoc alii nature preter naturam. Cum autem appr-
ni triste videtur. neque delectabile agitur. quare
si huius natura simplex sit. semper eadem actio delectabilissima

delectabilissima erit. propter quod deus semper unam et simplicem
gaudet delectationem. Non enim solum motus
est operatio. sed et immobilitatis. et delectatio
magis in quiete est quam in motu. Transmuta-
tio autem omnium dulcissimum secundum poetam. propter mali-
tiam quandam. Quemadmodum enim homo facile
transmutabilis malus. et natura que indiget
mutatione. Non enim simplex. neque epi-
ikes. De continentia quidem igitur et incontinen-
tia. et delectatione et tristitia dictum est. et quid
unumquodque et qualiter. hec quidem bonorum ipsorum est
hec autem mala. Iam autem et de amicitia dicetur.

Post hec
autem de
amicitia sequitur utique
pertransire. est enim virtus
quedam. vel cum virtute.
Adhuc maxime necessarium in vitam. sine
amicis enim nullus utique eligeret vivere
habens reliqua bona omnia. Et enim divitibus
et principatus et potentatus possidentibus
videtur amicis maxime opus esse. Que
enim utilitas talis talis bone fortune ab-
lato beneficio. quod fit maxime et laudabi-
lissimum ad amicos. vel qualiter utique per-
vabitur et salvabitur sine amicis. Quan-
to enim maior tanto minus secura. In inopia
quoque et reliquis infortuniis. solum existimant
refugium esse amicos. Et iuvenibus quidem ad impec-
cabile. et senioribus ad famulatum. et ad defi-
cientiam actionis propter debilitatem adiutorium.
hiisque qui in [illegible] ad bonas actiones. Si-
mul duo venientes. Et enim intelligere et
agere potentiores. Natura que inesse videtur
ad id quod genuit. genito non solum in hominibus. sed
in volatilibus. et plurimis animalium. et qui unius
generis ad invicem. et maxime hominibus. unde et
philantropos laudamus. Videbit autem utique
aliquis. et in erroribus. ut familiare omnis ho-
mo homini et amicum. Videbitur autem et civita-
tes continere amicitia. et legis positores
magis esse ipsam student. quam iustitiam. Concordia
enim simile aliquid amicitie videtur esse. hanc autem ma-
xime appetunt. et contentionem inimicitiam existentem
maxime expellunt. Et amicis quidem existentibus

nichil opus est iustitia. Et iustorum quod maxime iusti autem existentes indigent amicitia. Et iustorum maxime quod amicabile esse videtur.

Non solum autem necessarium est. sed et bonum. philophilos enim laudamus. polyphilia quod videtur bonorum aliquid esse. Et quidam eosdem existimant viros bonos esse et amicos.

Dubitantur autem de ipsa non pauca. hii quidem enim similitudinem quandam ponunt ipsam. et similes amicos. unde similem aiunt ad similem. et colonum ad colonum. et quecumque talia. hii autem ex contrarietate figulos omnes tales ad invicem aiunt esse. Et de hiis ipsis superius querunt. et naturalius euripides. dicens desiderare quidem pluviam terram siccatam. Desiderare autem venerabilem celum impletum pluvia cadere in terram. Et eraclitus contrarium conferens. et ex differentibus optimam armoniam. et omnia per litem fieri. Ex contrario autem hiis. alii et empedocles. simile enim simile appetit. Naturalia quidem igitur dubitatorum relinquantur. non enim presentis intentionis. Quecumque autem sunt humana. et convenientia ad mores. et passiones. hec intendamus. puta utrum in omnibus sit amicitia. vel non possibile malos existentes amicos esse. Et utrum una species amicitie est. vel plures. Unam quidem enim existimantes quoniam recipit magis et minus. non sufficienti crediderunt signo. recipiunt enim magis et minus. altera specie. dictum est autem de ipsis superius. Forte autem utique de ipsis fiet manifestum. cognito amabili. videtur enim non omne amari. sed amabile. hoc autem esse bonum. vel delectabile. vel utile. Videbitur autem utique utile esse per quod fit bonum aliquod vel delectatio. Quare amabilia utique erunt et bonum et delectabile. ut fines. Utrumque igitur bonum amant. vel quod ipsis bonum. Dissonant enim quandoque hec. Similiter autem et de delectabili ipsum. Videtur autem et quod ipsi bonum amare unusquisque. et esse simpliciter quidem bonum quidem amabile. Unicuique autem quod unicuique. Amat autem unusquisque non quod est ipsi bonum. sed apparens. Differt autem nichil. Erit enim amabile apparens. Tribus autem existentibus propter que amantur in inanimatorum quidem amatione non dicitur amicitia. Non enim est redamatio. neque voluntas illorum boni. Ridiculum enim forte vino velle bonum. sed si quid salvari vult ipsum. ut ipse habeat. amico autem aiunt oportere. velle bona illius gratia. volentes autem sic bona. benivolos dicunt. si non idem et ab illo fiat benivolentia. in contrapassis amicitiam esse. vel apponendum non latentem. Multi enim sunt benivoli. quibus non viderunt. existimant autem epiikees esse vel utiles. hec autem idem. Et si illorum aliquis patiatur ad hunc. benivoli quidem igitur isti videntur ad invicem. Amicos autem qualiter utique aliquis dicet. latentes ut habent sibi ipsis. Oportet igitur benevelle ad invicem. et velle bona non latentes propter unum aliquod dictorum.

Differunt autem hec ad invicem specie. et amationes igitur. et amicitie. Tres enim species amicitie equales numero amabilibus. secundum unumquodque enim est redamatio non latens. amantes autem ad invicem volunt bona. bona ad invicem sic secundum quod amant. Qui quidem igitur propter utile amant ad invicem. non secundum se ipsos amant. sed secundum quod fit aliquid ipsis ab invicem bonum. Similiter autem et qui propter delectationem. Non enim quales quosdam esse diligunt eutrapelos. sed quoniam delectabiles sibi ipsis. Qui quidem igitur propter utile amant. propter sibi ipsis bonum diligunt. et qui propter delectationem. propter sibi ipsis delectabile. et non secundum quod amatus est. sed secundum quod utilis. vel delectabilis. Et secundum accidens utique amicitie hee sunt. Non enim secundum quod est. quod amatus sic amatur. sed secundum quod tribuunt. hii quidem bonum aliquod. hii autem delectationem. Facile solubiles utique tales sunt. non permanentibus ipsis similibus. Si enim non adhuc delectabiles vel utiles sint. quiescunt amantes. Utile autem non permanet. sed alias fit aliud. Dissoluto igitur propter quod amici erant. dissolvitur et amicitia ut existente amicitia ad illa. Maxime autem in senibus talis videtur amicitia fieri. non enim delectabile tales persequuntur. sed utile. Et eorum qui in adolescentia. et iuventute quicumque conferens persequuntur. Non omnino autem tales. neque convivunt ad invicem. Quandoque enim neque sunt delectabiles. neque utique indigent tali societate. si non utiles sint. In tantum enim sunt delectabiles in quantum spem habent boni. In has autem et peregrinam ponunt. Iuvenum autem amicitia

propter delectationem esse videntur. secundum passionem enim isti vivunt
Et maxime persequuntur delectabile ipsis et presens.
Etate autem transcendente, et delectabilia fiunt
altera. propter quod velociter fiunt amici, et quiescunt
simul enim cum delectabili amicitia transcenditur. talis
autem delectationis velox transmutatio. Et amati-
vi autem iuvenes. secundum passionem enim et propter delectationem
quod multum amativum propter quod amant, et cito quiescunt
multotiens eadem die transcendentes. commanere autem
diem et convivere isti volunt. fit enim ipsis quod secundum amicitiam
sic. Perfecta autem est bonorum amicitia et secundum virtutem
similium. isti enim bona similiter ad invicem volunt secundum quod boni.
boni autem sunt per se ipsos. Volentes autem bona
amicis illorum gratia maxime amici. se ipsos
enim sic habent et non secundum accidens. permanet igitur horum ami-
citia usquequo utique boni sint. virtus autem
mansivum. Et est uterque simpliciter bonus et
amico. boni enim et simpliciter boni et ad invicem utiles
Similiter autem et delectabiles. boni enim et simpliciter dele-
ctabiles et ad invicem. unicuique enim secundum dele-
ctationem sunt proprie actiones et tales. bonorum autem
tales autem consimiles. Talis autem amicitia man-
siva rationabiliter est. copulatur enim in ipsa omnia que
quecumque oportet amicis existere. Omnis enim amicitia
propter bonum est vel propter delectationem. vel simpliciter vel
amanti. et secundum similitudinem quandam. huic autem
omnia existunt dicta secundum se ipsos. hac enim similes et
reliqua quecumque simpliciter bonum et delectabile sim-
pliciter est. maxime itaque hec amabilia. Et
amare autem et amicitia in hiis maxime et optima.
Raras autem verisimile tales esse. pauci enim ta-
les. adhuc autem indiget tempore et consuetudine. se-
cundum proverbium enim non est scire ad invicem ante
quam sal consumpserint. neque acceptari oportet prius
neque acceptari oportet prius. neque esse amicos antequam
uterque utrique appareat amabilis et credatur.
Qui autem cito ad invicem amicabilia faciunt
volunt quidem amici esse. non sunt autem, si non et
amabiles. et hoc sciant. voluntas quidem enim ve-
lox amicitie fit. amicitia autem non. Hec quidem
igitur secundum tempus et secundum reliqua perfecta est. et secundum omnia hec fit. et si-
milia ab utroque quod oportet amicis existere.

Que autem propter delectabile similitudinem huius habet.
et enim boni delectabiles ad invicem. Similiter autem
et que propter utile. et enim tales ad invicem boni.

Maxime autem et in hiis amicitie permanent,
cum equale fiat ad invicem. puta delectatio.
Et non solum sic. sed et ab eodem, quale eutra-
pelis. et non ut amatori et amato. Non enim in
eadem delectantur isti. sed hic quidem videns illum
hic autem famulatum recipiens ab amatore.
Finiente autem hora quandoque et amicitia finitur. huic
quidem enim non est visio delectabilis. huic autem
non fit famulatus. Multi autem rursus
permanent si ex consuetudine mores diligant
similis consuetudinibus existentes. qui autem non
delectabile commutant. sed utile in amabilibus
et sunt minus amici et permanent. Qui autem
propter utile existentes amici. simul cum conferente
dissolvuntur. non enim ad invicem erant amici. sed
utilis. Propter delectationem quidem igitur et propter utile et
pravos contingit amicos ad invicem esse. et
epieikes pravis. Et neutrum quecumque propter se
ipsos autem palam quia solos bonos. mali enim
non gaudent se ipsis si non aliqua utilitas fiat
Et sola autem bonorum amicitia intransmutabi-
lis est. non enim facile nulli credere de eo qui in
multo tempore ab ipso probatus est. et credere
in hiis. et numquam iniuriari utique et iniustum facere
Et quecumque alia in vera que ut vere amicitia
dignificantur. In aliis autem nichil prohibet
talia fieri. quia enim homines dicunt amicos. et
propter utile. quemadmodum civitates. videntur enim
compugnationes civitatibus fieri gratia conferen-
tis. et eos qui propter delectationem ad invicem diligunt
Quemadmodum pueri. forte quidem oportet dicere et
nos amicos tales. Species autem amicitie
plures. et primo quidem et principaliter bonorum
secundum quod boni. Reliquas autem secundum similitudinem. Se-
cundum quod enim bonum aliquid et simile aliquid
sic amici. et enim delectabile bonum aliquibus ama-
toribus delectationum. Non omnino autem hec copu-
lantur. neque fiunt amici propter utile et delectabi-
le. Non enim omnino coniunguntur que secundum accidens. In
has autem species amicitia distributa. pravi
quidem erunt amici propter delectationem vel utile hoc
sic similes existentes. boni autem propter se ipsos
amici. secundum quod enim boni. Isti quidem igitur simpliciter ami-
ci. Illi autem secundum accidens et in assimulari hiis. Quemadmodum
in virtutibus. hii quidem secundum habitum. hii autem secundum operationem

boni dicuntur. sic et in amicicia. hij quidem .n. conui
uentes gaudent adinuicem. et tribuunt bona.
hij autem dormientes uel separati locis. non ope
rantur quidem. sic autem habent ut operari quidem
amicabiliter. loca .n. non dissoluunt amicitiam
simpliciter. sed operationem. Si autem diuturna absentia fiat
et amicitie .ui. obliuionem facere. Unde dictum
est multas utique amicitias non appellatio dis
soluit. ¶ Non uidentur autem neque senes neque seueri ama
tiui esse. breue .n. in ipsis quod de delectationis. nul
lus autem potest per diem commorari cum tristi neque cum
non delectabili. ¶ Maxime .n. uidetur natura ui
triste quidem fugere. appetere autem delectabile.
¶ Qui autem recipiunt adinuicem non conuiuentes
autem. beniuolis assimilantur magis quam ami
cis. Nichil .n. sic est amicorum. ut conuiuere.
utilitate quidem .n. indigentes appetunt. com
morari autem per diem sic et beati. Solitarijs quidem
esse .n. esse. hijs nequaquam conuenit. conuer
sari autem adinuicem non est. non delectabiles
existentes. neque gaudentes eisdem quod consuetudina
uidetur habere. Maxime quidem igitur est amicitia que
bonorum. quemadmodum dictum est multotiens. Videtur enim
amabile quidem. et eligibile quod simpliciter bonum
uel delectabile. unicuique autem quod ipsi tale. bo
nus autem bono. propter ambo hec. Assimulatur autem ama
tio quidem passioni. amicitia autem habitui. ama
tio .n. non minus ad inanimata est. Redama
tum autem cum electione. electio autem ab habitu. et bona
uolunt amatis illorum gratia. non secundum passionem. sed
secundum habitum. et amantes amicum quod ipsi bonum
amatur. bonus enim amicus factus bonum fit
cui amicus. utrique igitur amant. et quod ipsi bonum et
equale retribuunt uoluntate et specie. Dicitur .n. ami
citia equalitas. maxime itaque et que bonorum
hec existunt. ¶ In senectis autem et seuerilibus
minus fit amicitia. quanto magis discoli sunt
et minus colloquijs gaudent. hec .n. maxime
uidentur amicabilia et factiua amicitie. Pro
pter quod iuuenes quidem fiunt amici cito. senes
autem non. Non .n. amici quibus utique non ga
udent. Similiter autem neque seueri. Sed tales beniuoli
quidem sunt adinuicem. uolunt .n. bona et ob
uiant ad necessitates. amici autem non omnino sunt
propter non commorari. neque gaudere adinuicem que

utique maxime esse uidentur amicabilia. mul
tis autem esse amicum secundum perfectam amicitiam non
contingit. quemadmodum neque amare multos simul.
Assimilatur .n. superhabundantie. Tale autem
ad unum natum est fieri. Multos autem simul eidem
placere ualde non facile. forte autem neque bonum
esse. Oportet autem et experientiam accipere. et in consue
tudine fieri quod omnino difficile. Propter utile autem et delecta
bile. multis placere contingit. Multi .n.
tales. et in pauco tempore ministrationes. ¶ Horum
autem magis uidetur amicitia que propter delectabile
cum eadem ab ambobus fiant. et gaudeant
adinuicem uel eisdem. quales iuuenum sunt
amicitie. magis .n. in hijs quidem liberale.
Que autem propter utile negotiatorum. et beati autem
utilibus quidem nichil indigent delectabilibus
autem conuiuere quidem uolunt aliquibus. triste autem
paucum quidem tempus ferunt. Continue autem nullus
utique sustineret. neque ipsum bonum. si triste ipsi
erit. propter quod amicos delectabiles querunt. Oportet
autem forte et bonos tales existentes. et adhuc
sibi ipsis. sic .n. ipsis existunt quecumque opor
tet amicis. Qui autem in potestatibus diuisis ui
dentur utique amicis. alij .n. ipsis sunt utiles
et alij delectabiles. ambo autem idem non omnino.
Sic .n. delectabiles cum uirtute. querunt neque
utiles in bonis. Sed hos quidem eutrapelos delec
tabile appetentes. hos autem deinas. operari quod pre
ceptum est. Hec autem non omnino fiunt in eodem. De
lectabilis autem et utilis simul. dictum est quoniam studi
osus. Sed superexcellenti non fit talis amicus
si non et uirtute superexcellatur. Si autem non. non
adequatur secundum analogiam superexcessus. Non omnino
autem consueuerunt tales fieri. ¶ Sunt autem que dicte
amicitie in equalitate. Eadem .n. fiunt ab am
bobus. et uolunt adinuicem. uel alterum pro al
tero commutant. puta delectationem pro utilitate.
Quoniam autem minus sunt hee amicitie et manent dictum
est. ¶ Uidentur autem et propter similitudinem et dissimilitu
dinem eiusdem. et esse et non esse amicitie. Secundum similitudinem
enim eius que secundum uirtutem uidentur amicitie. hec
quidem .n. delectabile habet. hec autem utile. hec autem
existunt et illi. In eo autem quod est hec quidem in
mutabilis et mansiua esse. has autem uelociter
transmutare. alijs quoque differre multis non ui

dicuntur amicitie propter similitudinem illius.

Altera autem amicitie est species que per superabundantiam, puta patri ad filium, et totaliter seniori ad iuniorem, viroque ad uxorem, et omni principanti ad principatum. Differunt autem he ad invicem. Non enim eadem parentibus ad filios et principantibus ad principatos. Sed neque patri ad filium et filio ad patrem, neque viro ad uxorem et uxori ad virum. Altera enim unicuique horum virtus et opus. Altera autem et propter que amant. Altere igitur et amationes et amicitie. Eadem quidem utique neque fiunt utrique ab utroque, neque oportet querere.

Cum autem parentibus quidem filii tribuunt que oportet genitoribus, parentes autem filiis que oportet filiis, mansiva talium et epieikes erit amicitia. Analogum autem in omnibus per superabundantiam existentibus amicitiis et amationem oportet fieri, puta meliorem magis amari quam amare, et utiliorem et aliorum unumquemque similiter. Cum enim secundum dignitatem amatio fiat, tunc fit aliqualiter equalitas, quod utique amicitie esse videtur.

Non similiter autem equale in iustis et amicitia videtur habere. Est enim in iustis quidem equale primo quod secundum dignitatem, quod autem secundum quantitatem secundo; in amicitia autem quod quidem secundum quantitatem primo, quod autem secundum dignitatem secundo.

Manifestum autem si multa distantia fiat virtutis vel malitie vel egestatis vel alicuius alterius. Non enim adhuc amici sunt, sed neque dignificant.

Manifestum autem hoc in diis plurimum. Hii enim omnibus bonis superexcellunt. Manifestum autem et in regibus. Neque enim hiis dignificant esse amici qui multo deteriores, neque optimis vel sapientissimis qui nullo digni.

Certitudo quidem igitur in talibus non est diffinitio usque quo amici. Multis enim ablatis adhuc manet. Multum autem diviso, puta deo, non adhuc. Unde et dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonorum, puta deos esse. Non enim adhuc amici erunt ipsis, neque utique bona. Amici enim bona. Si utique bene dictum est quoniam amicus amico vult bona illius gratia, manere utique oportet qualiscumque est ille. Homini autem existenti volet maxime esse bona. Forte autem non omnia. Sibi ipsi enim maxime unusquisque vult bona. Multi autem videntur propter amorem honoris velle amari magis quam amare. Propter quod amatores adulatoris multi. Superexcellens enim amicus adulator vel fingitur talis, et magis amare quam amari. Amari autem prope esse videtur ei quod est honorari, quod utique multi appetunt. Non propter se ipsum autem videntur acceptare honorem, sed secundum accidens. Gaudent enim multi ab hiis qui in potestatibus honorari propter spem. Existimant enim adipisci ab ipsis quo indigent, ut itaque signo bone passionis gaudent honore. Ab epieikibus autem et scientibus appetentes honorem firmare propriam opinionem de ipsis appetunt. Gaudent utique quod sunt boni credentes dicentium iudicio. In amari autem secundum se ipsum gaudent. Propter quod videbitur utique melius esse eo quod est honorari, et amicitia secundum se ipsam eligibilis esse. Videtur autem in amare magis quam in amari esse. Signum autem matres eo quod est amare gaudentes. Quedam enim dant suos filios nutriri, et amant quidem scientes, reamari autem non querunt, si utraque non contingunt, sed sufficiens ipsis videtur esse si videant bene operantes, et ipse amant ipsos, et si illi non possunt matri que convenit tribuere propter ignorantiam.

Magis autem amicitia existente in amare et amatoribus laudatis, amicorum virtus amare videtur. Quare in quibus hoc fit secundum dignitatem, isti mansivi amici et talium amicitia. Sic autem utique et inequales maxime erunt amici. Equabuntur enim utique. Equalitas enim et similitudo amicitia, et maxime quidem eorum que secundum virtutem similitudo.

Mansivi enim existentes per se ipsos et ad invicem manent, et neque indigent pravis, neque ministrant talia, sed ut dicere contingit et prohibent. Bonorum enim neque ipsos peccare, neque amicos concedere ministrare.

Mali autem firmum quidem non habent. Neque enim sibi ipsis permanent similes existentes. In paucum enim tempus fiunt amici, gaudentes ad invicem malitia. Utiles autem et delectabiles in plus permanent. Usque enim utique tribuant delectationes vel utilitates ad invicem.

Ex contrariis autem maxime quidem videtur propter utile fieri amicitia, puta pauperi diviti, indisciplinatus scienti.

Quo enim existit aliquis indigens est, hoc autem appetens retribuat aliud. Huic a

utique aliquis attrahit. et amatorem et ama-
tum et pulcrum et turpem. propter quod videntur
amatores ridiculi. quandoque dignificantes et
amari ut amant. Similiter autem amabiles ex-
istentes. equaliter forte dignificandum. nichil
autem tales habentes ridiculum. ¶ Forte autem neque
appetit contrarium contrarii per se ipsum. set per acci-
dens. appetitus autem medii est. hoc enim bonum.
puta sicco non humidum fieri. set ad medium
venire. et calido et aliis similiter. ¶ Hec quidem
igitur dimittantur. etenim est magis alienum.

Videtur autem quemadmodum in principiis dic-
tum est. et circa eadem et in eisdem esse et amici-
cia et iustum. In omni enim communicatione videtur aliquod
iustum esse. et amicitia autem. appellantur igitur ut
amicos connavigatores. et commilitones.
¶ Similiter autem et eos qui in aliis communicationibus. per quan-
tum autem communicant in tantum est amicitia. et enim iustum. Et
proverbium communia que amicorum recte. In communi-
catione enim amicitia. Sunt autem fratribus et sodalibus
omnia communia. aliis autem distincta. et hiis quidem
plura. hiis autem minora. Et enim amicitiarum hee
quidem magis. hee autem minus. Differunt autem
et iusta. non enim eadem parentibus ad filios et
et fratribus ad invicem. neque sodalibus et civibus.
Similiter autem et in aliis amiciciis. altera utique et iniusta
ad singulos horum. ¶ Et augmentationem acci-
piunt in magis amicos esse. puta in pecuniis
privare. et hoc durius quam civem. et non iuvare
fratrem quam extraneum. et percutere patrem quam quem-
cumque alium. augmentari autem natum est simul
amicitie et iustum ut in eisdem entia et ad equa-
le pertingentia. Communicationes autem omnes par-
ticulis assimilantur politice. convenimus enim
in aliquo conferente. et aliquid eorum que
ad vitam. Videtur et politica communicatio conferentis
gratia et ex principio convenire et permanere.
hoc enim et legis positores coniectant et iustum
autem esse quod communiter conferens. ¶ Alie quidem igitur com-
municationes secundum partes conferens appetunt.
puta navigatores quidem quod secundum navigium ad
operationem pecuniarum vel aliquid talium. ¶ Com-
militones autem quod secundum bellum sive pecunias et
sive victoriam sive civitatem appetentes.
¶ Similiter autem et tribulos et plebegii. ¶ Quedam

autem communicationum propter delectationem vide-
tur fieri concorchantium et cannistrorum. hec enim
gratia sacrificii et convivii. omnes autem hee sub
politica consistere videntur. Non enim presens con-
ferens politica appetit. set in omnem vitam.
¶ Et sacrificia facientes. et circa has congrega-
tiones honoresque tribuentes diis. et sibi
ipsis requiem acquirentes cum delectatione.
Antiqua enim sacrificia et congregationes
videntur fieri post fructuum collectiones et
puta primitie. Maxime enim in hiis vacabant
temporibus. Omnes vero communicationes videntur
particule politice esse. Consequentur autem tales
amicitie talibus communicationibus. ¶ Po-
litice autem sunt species tres. equales autem et trans-
gressiones. puta corruptiones harum. Sunt
autem politice quidem regnum. et aristocratia.
tertia autem que a preciis quam tymocratiam dicere
conveniens videtur. politicam autem consueve-
runt plures vocare. ¶ Harum autem optima quidem
regnum. pessima autem democratia. ¶ Trans-
gressio autem regni quidem tyrannus. ambo enim
monarchie. ¶ Differunt autem plurimum. tyran-
nus quidem enim sibi ipsi conferens intendit.
rex autem quod subditorum. Non enim est rex qui non
per se sufficiens et omnibus bonis superexcellens.
talis autem nullo indiget. ¶ Utilia igitur sibi
ipsi quidem non utique intendet. subditis autem.
Qui enim non talis clerotes utique quidem erit
magis quam rex. Tyrannus autem ex contrario
huic. sibi enim bonum persequitur. et manifestius
in hac. quoniam pessima. pessimum autem contrarium
optimo. Transgreditur autem ex regno in tyran-
nidem. pravitas autem monarchie tyrannis.
Malus autem rex tyrannus fit. ¶ Ex ari-
stocratia in oligarchiam in oligarchiam
malitia principum. que tribuunt que civitatis
preter dignitatem. et omnia vel plurima bonorum sibi
ipsis et principatus super eosdem de plurimo fa-
cientes. ditari. pauci igitur principantur et
mali. pro hiis qui maxime epieikes. Ex ti-
mocratia autem utique in democratiam. conter-
minales enim sunt hee. multitudinis enim vult
et tymocratia esse. et equales omnes qui in ho-
noratione. minimum enim pravo autem malum est

democratia. Superexcellentium enim transgreditur politia in peiorem. Transmutantur quidem igitur maxime sic politie. Minimum enim sic et facillime transgrediuntur. Similitudines autem ipsarum et velut exemplaria accipiet aliquis utique et in domibus. Patris quidem enim ad filios communicatio regni habet figuram. Filiorum enim patri est cura. Hinc autem et Homerus Iovem patrem appellat. Paternus enim principatus vult regnum esse. In Persis autem qui patris tyrannus. Utuntur enim ut servis filiis. Tyrannicus autem et qui domini ad servos. Domini enim conferens in ipso operatur. Et hic quidem igitur rectus videtur, Persicus autem peccatus. Differentium enim principatus differentes. Viri autem et uxoris aristocraticus videtur. Secundum dignitatem enim vir habet, et circa hec que oportet virum. Quecumque autem uxori congruunt illi reddit. Omnium autem dominans vir in oligarchiam transponit. Preter dignitatem enim ipsum facit, et non secundum quod melius. Aliquando autem principantur uxores heredes existentes. Non utique fiunt secundum virtutem principatus, sed propter divitias et potentiam, quemadmodum in oligarchiis. Thymocraticus autem videtur qui fratrum. Equales enim, tamen in quantum etatibus differunt. Propter quod si multum etatibus, non adhuc fraterna fit amicitia. Democratia autem maxime quidem in hiis que sine dominatione habitaculis. Hic enim omnes ex equali. Et in quibus debilis qui principatur, et unicuique potestas. Secundum unamquamque autem urbanitatem amicitia videtur in quantum et iustum. Regi quidem ad subiectos in superhabundantia beneficii. Benefacit enim subditis, si quidem bonus ens curam habet ipsorum ut bene operentur, quemadmodum pastor ovium. Unde et Homerus Agamenona pastorem populorum dixit. Talis autem et paterna. Differt autem magnitudine beneficiorum. Causa enim essendi, quod putatur maximum existimari, maxime esse, et nutrimenti et discipline. Quod et progenitoribus attribuitur. Et natura enim principativum pater filiorum, et progenitores nepotum, et rex subditorum. In superexcessu autem amicitie hee. Propter quod et honorantur parentes. Et iustum utique in hiis non idem, sed secundum dignitatem. Sic enim utique

et amicitia. Sed viri ad uxorem eadem amicitia et in aristocratia. Secundum virtutem enim, et meliori plus boni, et congruens unicuique. Sic autem et iustum. Que autem fratrum etayrice assimilatur. Equales enim et coetanei. Tales autem unius discipline et unius moris ut in multum. Assimilatur utique huic et que secundum timocratiam. Equales enim cives volunt et epiikees esse. In parte utique principari et ex equali. Sic utique et amicitia. In transgressionibus autem quemadmodum et iustum in parvum est, sic et amicitia est, et nequaquam in pessima. In tyrannide enim nichil aut parvum amicitie. In quibus enim nichil commune est principanti et principato, neque amicitia. Neque enim iustum. Sed velut artifici ad organum, et anime ad corpus, et domino ad servum. Iuvantur quidem enim hec ab utentibus. Ad utilitatem amicitia autem non est ad inanimata neque iustum. Sed neque ad equum vel bovem, neque ad servum secundum quod servus. Nichil enim commune est. Servus enim animatum est organum. Organum autem inanimatus servus. Secundum quod quidem igitur servus non, non est amicitia ad ipsum, sed secundum quod homo. Videtur enim quoddam esse iustum omni homini ad omnem potentem communicare lege et compositione. Et amicitia utique secundum quantum homo. In parvum utique et in tyrannidibus amicitie et iustum. Que autem in democratiis in plurimum. Multa enim communia in equalibus existentibus conferentur.

In communicatione quidem igitur omnis amicitia est, quemadmodum dictum est. Diffiniet autem utique aliquis cognatam et etayricam. Politice autem et que contribulium et que connavigantium et quecumque tales communicativis assimilantur magis. Quasi enim secundum confessionem quandam videntur esse. In hac autem ordinabit utique aliquis et peregrinam. Videtur autem et cognata multipharia esse, et dependere omnis ex paterna. Parentes quidem enim diligunt filios ut sui ipsorum aliquid existentes, filii autem parentes ut ab illis aliquid existentes. Magis autem sciunt parentes que ex ipsis quam geniti quoniam ex hiis. Et magis quo approximatur quod a quo genitum quam factum facienti. Quod enim ex ipso proprium ei a quo, puta dens vel capillus vel quodcumque habenti. Illi autem nichil quod a quo, vel minus. Et in multitudine temporis. Hii quidem enim

confestim natos diligunt. hii autem procedentes
temporibus parentes intellectum vel sensum acci
pientes. ¶ Ex hiis autem manifestum propter que amant
magis matres. ¶ Parentes quidem filios
diligunt ut se ipsos. Qui enim ex ipsis velut alteri
ipsi in separati. filii autem parentes. ut ab illis
nati. Fratres autem ad invicem in eisdem nasci.
ad illa enim identitas ad invicem idem facit. propter
quod aiunt idem sanguinem et radicem et talia. Sunt
autem idem equaliter et in divisis. Magnum autem ad
amicitiam et connutritum et quod secundum etatem. Coeta
neus enim coetaneum. et qui unius moris etha
ri. propter quod et fraterna ethayrike assimilatur.
Nepotes autem et reliqui cognati ex hiis quo
approximantur. In ab eisdem enim esse. Fiunt
autem hii quidem proximiores. hii autem magis
alieni in prope vel longe producere esse. ¶ Est
autem ad parentes quidem amicitia filiis. et
hominibus ad deos ut ad bonum et superexcellens. Be
ne enim fecerunt maxime. essendi enim et nutriendi
causa natis. et ei quod est disciplinari. ¶ Habet autem et de
lectabile et utile talis amicitia magis ali
enorum. quanto et communior vita ipsis est. ¶ Sunt autem
et in fraterna que quidem et in ethayrica. et magis
in hiis que epyeikees. et totaliter similibus. quan
to proximiores. et ex nativitate existentes
diligunt ad invicem ut magis unius moris
qui ex eisdem. et connutriti. et disciplinati similiter
et secundum tempus probatio plurima et firmissima. ¶ Analo
gum autem et in reliquis cognatorum amicabilia.
¶ Viro autem et uxori amicitia videtur secundum naturam exi
stere. homo enim in natura coniugale magis quam
politicum. et quanto prius et necessarium magis
domus civitate. et filiorum procreatio
alibus. ¶ Aliis quidem igitur in tantum communicatio est. homines
autem non solum procreationis filiorum gratia co
habitant. sed et eorum que in vitam. confestim enim
divisa sunt opera. et sunt altera viri et uxoris.
Sufficiunt igitur ad invicem. ad commune ponentes propria.
¶ Propter quod autem et utile esse videtur. et delectabile in
hac amicitia. Erit autem utique et propter virtutem
si epyeikees sint. Est enim utriusque virtus
et gaudebunt utique tali. ¶ Coniunctio autem
filii videntur esse. propter quod citius steriles dissol
vuntur. Filii enim commune bonum ambobus.

Continet autem commune. ¶ Qualiter autem con
vivendum viro ad uxorem. et totaliter ami
co ad amicum. non ad extraneum. et ethayricum
et ad discipulum. ¶ Trinis itaque existentibus
amicitiis quemadmodum in principio dictum est. et secundum
unamquamque. hiis quidem in equalitate
amicis existentibus. hiis autem secundum superexcellentiam.
Et enim similiter boni fiunt amici. et melior deteriori.
¶ Similiter autem et delectabiles. et propter utile et
equantes utilitatibus et differentes. equales
quidem secundum equalitatem oportet in amare et re
liquis equare. inequales autem analogum
superexcellentiis assignare. ¶ Fiunt autem ac
cusationes et querele in ea que secundum utile
amicitia. vel sola vel maxime rationabiliter.
¶ Qui quidem enim propter virtutem amici existen
tes optant adinvicem prompti sunt. hoc enim
virtutis et amicitie. ad hec autem contendentium
non sunt accusationes neque pugne. amantem
enim et benefacientem nullus contristatur. sed
si sit gratiosus. retribuit bene operans. Sup
excellens autem donans quod appetit non utique
accusabit amicum. utique enim bonum appetit.
¶ Non omnino autem neque in hiis qui propter delectationem
simul enim ambobus fit quod appetunt. si convivere
gaudent. ¶ Ridiculus autem utique videbitur
et accusans non delectantem. cum possit non con
morari. ¶ Que autem propter utile et accusativa.
in utilitate enim utentes ad invicem. semper plus
indigent. et minus habere existimant conve
niente. et conqueruntur. quoniam non quantum indigent
tantum sortiuntur digni existentes. Benefa
cientes autem non possunt sufficere ad tanta quanta
patientes indigent. ¶ Videtur autem quemadmodum iu
stum est duplex. hoc quidem non scriptum. hoc autem
secundum legem. et eius que secundum opportunum utilitatis
hec quidem moralis. hec autem legalis esse. Fiunt
igitur accusationes maxime cum non secundum eandem
commutabunt et dissolvuntur. ¶ Est autem
legalis quidem foralis in dictis. hec quidem omnino
venalis ex manu in manum. hec autem liberalior
in tempore secundum confessionem aliquid pro quo. Manifestum
autem in hac debitum et non ambiguum. ami
cativam autem dilationem habet. propter quod apud
quosdam horum non sunt iusta. sed existimant

sic utique et amicos non possibile esse non beni-
volos esse factos. Benivolentia nichil magis et
amant. Volunt enim solum bona quibus sunt
benivoli. Cooperabuntur autem utique nichil
nec turbantur pro ipsis. Propter quod transferens
diceret quis utique dicet quis utique ipsam
otiosam esse amicitiam. Diuturnam autem et in
consuetudinem adveniente fieri amicitiam.
Non eam que propter utile, neque eam que propter
delectabile. Non enim benivolentia in hiis fit.
Beneficiatus quidem pro quibus passus est
retribuit benivolentiam iusta operans. Vo-
lens autem aliquem operari spe habens habundantie
per illum non videtur benivolus illi esse, sed magis
sibi ipsi, quemadmodum nec amicus si curet ipsum propter
propter quendam ipsius usum. Totaliter autem benivo-
lentia propter virtutem et epieikeiam quandam fit. Cum
hinc bonus quis appareat vel fortis vel ali-
quid talium, quemadmodum et in agonistis diximus.

Amicabile autem et concordia videtur.
Propter quod non est omodoxia hec quidem enim
et ignorantibus ad invicem existet utique.
Neque eos qui cumque consentientes concordare
aiunt, puta eos qui de celestibus. Non enim amica-
bile de hiis concordare. Sed civitates concor-
dare aiunt, cum de conferentibus consentiant
et eadem eligant et operentur communiter op-
pinata. Circa operabilia itaque concor-
dant. Et horum esse que in magnitudine, et con-
tingentia ambobus existere vel omnibus, puta
civitates cum omnibus videatur principatus eli-
gibiles esse, vel compugnare Lacedemoniis, vel
principari Pittacum quando et ipse volebat. Cum autem
uterque se ipsum velit, quemadmodum qui in Phenissis con-
tendunt. Non enim concordare sibi ipsis utrumque hoc
velle quicumque, sed quod in eodem, puta cum et plebs
et epyeikes optimos principari. Sic enim omnibus
fit quod appetunt. Politica autem amicitia
videtur concordia, quemadmodum et dicitur. Circa con-
ferentia enim et que ad vitam eveniencia est.
Est autem talis concordia in hiis que epieikes. Isti
enim et sibi ipsis concordant et ad invicem in eisdem
existentes ut dicere. Talium enim manent volun-
tates et non transfluunt quemadmodum euripus. Volunt
quoque iusta conferentia. Hec autem et communiter appetunt.

Pravos autem non possibile concordare nisi in
parvum, quemadmodum et amicos esse, superhabundantiam
appetentes in utilibus. In laboribus autem et
in ministeriis deficientes. Sibi ipsi autem unusquisque
volens hec proximum perscrutatur et prohibet.
Non enim observantium commune perditur. Accidit igitur
ipsis contendere ad invicem quod cogentes ipsos
autem non volentes iusta facere.

Benefactores autem beneficiatos videntur
magis amare quam bene patientes operan-
tes. Et ut preter rationem factum queritur. Pluribus
quidem igitur videtur quoniam hii quidem debent, hiis autem
debetur. Quemadmodum igitur in mutuis debentes quidem
volunt non esse quibus debent, accommodantes
autem et curam habent debentium salutem. Sic et bene
facientes velle esse patientes ut recipientes
gratias, hiis autem non esse curam reddere epy-
tatius. Quid igitur forte utique dicet hoc esse
ipsos ex malo videntes. Assimilatur autem humano
non memores enim multi, et magis bene pati
quam facere appetunt. Videbitur autem utique
naturalior esse causa et non similis ei que erga accom-
modantes. Non est enim amatio esse illos, sed ei quod est
salvari volunt illius gratia. Benefacientes
autem amant et diligunt bene patiens, et si nichil
sint utiles nec posterius fiet utique quod et in ar-
tificibus accidit. Omnis enim proprium opus diligit
magis quam diligatur utique ab opere anima-
to facto. Maxime autem forte hoc esse circa poetas accidit.
Superdiligunt enim isti propria poemata diligen-
tes quemadmodum filios. Tali utique assimilatur.
Et quod benefactorum bene passum enim opus est
ipsorum. Hoc utique diligunt magis quam opus
facientem. Huius autem causa quoniam esse omnibus eligi-
bile et amabile. Sumus autem in actu. Vivi-
vere enim et operari. Utique actu faciens opus
est quodammodo. Diligunt itaque opus quia et
esse. Hoc autem naturale, quod enim est potentia hoc
actu opus indicat. Simul autem et benefactori quod
bonum quod secundum actum. Quare gaudet in quo hoc.
Patienti autem nullum bonum in faciente, sed
siquidem conferens. Hoc autem minus dele-
ctabile et amabile. Delectabilis autem est
actus presentis, quidem futuri autem spes, facti autem
memoriam. Delectabilissimum autem quod secundum actum

et amabile. Huic autem quidem igitur qui fecit manens opus; bonum enim diuturnum. Patienti autem utile transit. Et memoria bonorum quidem delectabilis, utilium autem non omnino vel minus. Expectatio autem e contrario habere videtur. Et amatio quidem factioni assimilatur, amari autem ei quod est pati. Superexcellentibus autem utique circa actum sequitur amare et amicabilia. Adhuc autem que laboriose fiunt omnes magis diligunt, puta et pecunias possidentes accipientibus. Videtur itaque bene pati quidem inlaboriosum esse, bene facere autem operosum. Propter hoc autem et matres magis amatrices filiorum; laboriosior enim generatio, et magis sciunt quoniam ipsarum. Videbitur autem utique hoc et benefactoribus proprium esse.

Dubitatur autem utrum oportet amare se ipsum maxime vel alium aliquem. Increpant enim eos qui se ipsos maxime diligunt, et ut in turpi amatores sui vocant. Videturque pravus quidem sui ipsius gratia omnia agere, et quanto utique deterior sit, tanto magis. Accusant itaque ipsum velut quia nichil a se ipso agit. Epieikes autem propter bonum, et quanto utique melior sit, magis propter bonum, et amici gratia, quod autem sui ipsius pretermittit. Sermonibus autem hiis opera dissonant non irrationabiliter. Aiunt enim oportere amare maxime maxime amicum. Amicus autem maxime cui vult ei maxime vult bona illius gratia, et si nullus sciet. Hec autem existunt maxime ipsi ad se ipsum, et reliqua utique omnia quibus amicus determinatur. Dictum est enim quoniam ab ipso omnia amicabilia et ad alios procedunt. Sed et proverbia omnia consentiunt, puta hoc "una anima" et "omnia que amicorum" et "equalitas amicitia" et "genu tibie propinquius". Hec enim omnia ad se ipsum maxime existunt; maxime enim amicus sibi ipsi, et amandum utique maxime se ipsum. Dubitatur autem convenienter utris oportet credere sequi, ambobus habentibus credibile. Forte igitur tales oportet sermones dividere et determinare in quantum utique et qua verum dicunt. Si utique accipiamus amans sui qualiter utrique dicunt, forte utique fiet manifestum. Hii quidem in opprobrium quod

ducentes ipsum amatores sui vocant eos qui sibi ipsis tribuunt plus in pecuniis et honoribus et delectationibus corporalibus. Hec enim multi appetunt et student circa ipsa ut optima entia, propter quod et certatiua (pugnabilia) sunt. Circa hec utique plus habentes largiuntur concupiscentiis et totaliter passionibus et irrationabili anime. Tales autem sunt multi, propter quod et appellatio facta est a multitudine prava existente. Iuste utique sic philautus exprobatur. Quoniam autem talia sibi ipsis tribuentes consueverunt dicere multi philautos, non immanifestum. Si enim quis semper studeat iusta agere ipse maxime omnium vel casta vel qualiacumque alia eorum que secundum virtutes, et totaliter semper bonum sibi ipsi acquirit, nullus dicet philautum hunc neque vituperabit. Videbitur autem utique talis magis esse philautus. Tribuit enim sibi ipsi optima et maxime bona, et largitur sui ipsius principalissimo, et omnia huic obediunt. Quemadmodum autem et civitas principalissimum maxime esse videtur et omnis alia constitutio, sic et homo. Et philautus utique maxime hic diligens et huic est largitus. Et continens utique et incontinens dicitur in tenendo intellectum vel non, ut hoc unoquoque ente. Et egisse videntur ipsi et voluntarie que cum ratione maxime. Quoniam quidem igitur hoc unusquisque est vel maxime, non immanifestum. Et quoniam epieikes maxime hoc diligit, propter quod philautus maxime utique erit secundum alteram speciem exprobrati, differens tantum quantum secundum rationem vivere a secundum passionem, et appetere vel simpliciter bonum vel visum conferre. Circa bonas quidem igitur actiones differenter studentes omnes recipiunt et laudant. Omnibus autem concertantibus ad bonum et intendentibus optima agere, et communiter utique omnia erunt quibus indigetur, et proprie unicuique maxima bonorum, siquidem virtus tale est. Quare bonum quidem oportet philautum esse. Et enim ipse iuvabitur bona agens et alios iuvabit. Malum autem non oportet; ledet enim et se ipsum et proximos pravis passionibus sequens. Pravo quidem igitur dissonant que oportet agere et que

agit. Omnis enim intellectus eligit optimum sibi ipsi, epyeikes autem obedit intellectui. Verum autem et de studioso et amicorum gratia multa agere et pati, et si oportet mori. Prohiciet enim et pecunias et honores et totaliter circumpugnabilia bona, acquirens sibi ipsi bonum. Paucum enim tempus delectari valde magis eliget utique quam multum quiete; et vivere bene. Et vivere bene unum annum quam multos annos qualitercumque; et unam actionem bonam et magnam quam multas et parvas. Morientibus autem hoc forte accidit. Eligunt utique magnum bonum sibi ipsis. Et pecunias et prohicient utique in quo plura accipient amici. Fit enim amico quidem pecunie, ipsi autem bonum; magis autem bonum sibi ipsi tribuit. Et circa honores autem et principatus eodem modo. Omnia enim amico hec prohiciet; bonum enim ipsi hoc et laudabile. Convenienter utique videtur studiosus esse pro omnibus eligens bonum. Contingit autem et actiones amico prohicere, et esse melius eo quod est ipsum operari, tamen amico fieri. In omnibus utique laudabilibus studiosus videtur sibi ipsi bonum plus tribuens. Sic quidem igitur oportet philautum esse quemadmodum dictum est, ut autem multi non oportet.

Dubitatur autem et circa felicem si indigebit amicis vel non. Nichil enim aiunt opus esse amicis beatis et per se sufficientibus. Existere enim ipsis bona. Per se sufficientes igitur entes nullo indigere. Amicum autem alterum ipsum existentem tribuere que per se ipsum non potest. Unde cum demon det, non bene dicet quid opus est amicis. Assimilatur autem inconvenienti hec omnia attribuentes bona felici amicos non assignare, quod videtur exteriorum bonorum maximum esse. Si autem amici magis est benefacere, melius autem benefacere amicis quam extraneis, benepassis amicis indigebit studiosus. Propter quod et queritur utrum in bonis fortunis magis opus est amicis vel infortuniis, ut et infortunato indigente benefactoribus, et benefortunatis quibus benefaciant. Inconveniens autem forte et hoc solitarium facere beatum. Nullus enim eliget utique secundum se ipsum omnia habere bona. Politicum enim homo et convivere aptus natus. Et felici

utique hoc existit. Que enim vere bona habet, manifestum autem quod cum amicis et hiis qui sunt epyeikes melius quam cum extraneis et quibuscumque commorari. Opus est igitur felici amicis. Quid ergo dicunt primi, et quo verum dicunt? vel quia multi amicos existimant utiles esse. Talibus quidem igitur non indigebit beatus, quia bona existunt ipsi. Similiter utique hiis qui propter delectabile vel ipsum; delectabilis enim vita ens nichil indiget superducta delectatione. Non indigens autem talibus amicis non videtur indigere amicis. Hoc autem non est forte verum. In principio enim dictum est quoniam felicitas operatio quedam est; operatio autem manifestum quoniam fit et non existit quemadmodum possessio quedam. Si autem felicem esse est in vivere et operari, boni autem operatio studiosa et delectabilis secundum se ipsam quemadmodum in principio dictum est. Est autem et proprium delectabilium. Speculari autem magis proximos possumus quam nos met ipsos et illorum actiones quam proprias. Studiosorum utique actiones et amicorum existentium delectabiles bonis; ambo enim habent que natura delectabilia. Beatus utique amicis talibus indigebit, siquidem speculari eligit actiones studiosas et proprias. Tales autem que boni amici existentis. Existimant autem oportere delectabiliter vivere felicem. Solitario quidem igitur difficilis vita; non enim facile est secundum se ipsum operari continue, cum alteris autem et ad alios facile. Erit igitur operatio magis continua, delectabilis existens secundum se ipsam, quod oportet circa beatum esse. Studiosus enim secundum quod studiosus hiis que secundum virtutem actionibus gaudet, hiis autem que a malitia tristatur, quemadmodum musicus bonis melodiis delectatur, in pravis autem tristatur. Fiet autem utique et exercitium quoddam virtutis ex convivere bonis quemadmodum et Theognis ait.

Naturalius autem intendentibus videtur studiosus amicus studioso natura eligibilis esse. Natura enim bonum dictum est quoniam studioso bonum et delectabile est secundum se ipsum. Vivere autem determinant animalibus potentia sensus, hominibus autem sensus vel intellectus. Potentia autem ad operationem reducitur; principale autem in operatione. Videtur

aut vivere esse principaliter sentire vel intelligere. Vivere autem eorum que per se ipsum bonorum et delectabilium: determinatum enim. Determinatum autem eius que boni nature. Natura autem bonum et epyeikei. Propter quod videtur omnibus delectabile esse. Non oportet autem accipere malam vitam et corruptam neque in tristitiis. Indeterminata enim talis, quemadmodum existentia ipsi. In habitis autem de tristicia erit manifestius. Si autem ipsum vivere bonum et delectabile. Videtur autem et ex eo quod est omnes appetere ipsum, et maxime epieikes et beatos. Hiis enim vita eligibilior, et horum beatissima vita. Videns autem quia videt sentit, et audiens quoniam audit, et vadens quoniam vadit, et in aliis similiter est aliquid sentiens quoniam operamur. Quare sentiemus utique quoniam sentimus, et intelligemus quoniam intelligimus. Hoc autem quoniam sentimus vel intelligimus, quoniam sumus. Esse enim erat sentire vel intelligere. Sentire autem quoniam vivit delectabilium per se ipsum. Natura enim bonum vita. Bonum autem existens in se ipso sentire delectabile. Eligibile autem vivere et maxime bonis, quoniam esse bonum est ipsis et delectabile. Consentientes enim quod per se ipsum bonum delectantur. Ut autem ad se ipsum habet studiosus, et ad amicum; alter enim ipse amicus est. Quemadmodum igitur se ipsum esse eligibile est unicuique, sic et amicum vel prope. Esse autem eligibile erat propter sentire ipsum bonum entem. Talis autem sensus delectabilis per se ipsum. Consentire igitur oportet et amicum quoniam est. Hoc autem fiet utique in convivere et communicare sermonibus et intelligentiis. Sic enim utique videbitur in hominibus dici convivere, et non quemadmodum in pecoribus in eodem pasci. Si itaque beato esse eligibile est per se ipsum, bonum natura ens et delectabile, proximum autem et quod amici est, et amicus eligibilium erit. Quod autem est ipsi eligibile, hoc oportet existere ipsi, vel hic indigens erit. Opus igitur erit felicitanti amicis studiosis.

Utrum igitur quam plurimos amicos faciendum, vel quemadmodum in peregrinatione prudenter dictum esse videtur: neque multi peregrini, neque non peregrinus nocet; et in amicitia congruet neque non amicum esse, neque rursus multum amicum per superhabundantiam. Hiis quidem igitur qui ad oportunitatem omnino et omnino videbitur congruere quod dictum est. Multis enim reministrare laboriosum, et non sufficiens vita ipsi hoc agere. Plures utique quam qui ad propriam vitam distractivi et impeditivi ad bene vivere. Nichil igitur opus est ipsis. Et qui ad delectationem sufficiunt pauci, quemadmodum in cibo delectamentum. Studiosos autem utrum plures per numerum, vel est quedam mensura et amicabilis multitudinis, quemadmodum civitatis? Neque enim ex decem hominibus fit utique civitas, neque ex decem miriadibus fit adhuc civitas est. Quantum autem non est forte unum aliquid, sed omne intermedium quorundam determinatorum. Et amicorum utique quidem est quedam multitudo determinata. Et forte quam plures cum quibus utique poterit quis convivere. Hoc enim videbatur amicabilius esse. Quoniam autem non possibile multis convivere et distribuere se ipsum, non immanifestum. Adhuc autem et illos oportet amicos ad invicem esse, si debeant omnes ad invicem commorari. Hoc autem operosum in multis existere. Difficile fit et congaudere et condolere familiariter multis. Verisimile enim concidere simul huic quidem condelectari, huic autem contristari. Forte igitur bene habet non querere ut multum amicissimum esse, sed tot quot in convivere sufficientes. Neque enim contingere videbitur utique multis esse amicum valde. Propter quod neque amare plures. Superhabundantia autem quedam esse vult amicitie, hec autem ad unum; et valde utique ad paucos. Sic autem videntur habere et in rebus. Non fiunt enim amici multi secundum etayricam amicitiam. Ymnizata autem in duobus dicuntur. Polifili autem et omnibus familiariter pacientes nulli videntur amici nisi politice, quos et vocant placidos. Politice quidem igitur in multis esse amicum et non placidum existentem, sed ut vere epyeikea. Propter virtutem autem et propter se ipsos non est ad multos amabile. Amabile autem et paucos invenire tales.

Utrum autem in bonis fortunis amicis opus est magis vel in infortuniis? In ambobus enim requiruntur. Et enim infortunati indigent auxilio, et fortunati convictoribus

facimus aliud quiete placentes, puta et in theatris legumina comedentes cum pravi agonizantes sint; tunc maxime hoc ipsum operantur. Quia autem quidem propria delectatio confirmat operationes et diuturniores et meliores facit, aliene autem corrumpunt, manifestum. Quoniam quidem multum distant; fere enim aliene delectationes faciunt quod proprie tristitie. Corrumpunt enim operationes proprie tristitie, puta si cui scribere indelectabile et triste vel ratiocinari; hic quidem non scribit, hic autem non ratiocinatur, tristi existente operatione. Accidit utique circa operationes contrarium a delectationibus et tristitiis propriis. Proprie autem sunt que secundum operationem per se ipsam fiunt. Aliene autem delectationes dictum est quoniam prope idem quid tristitie faciunt; corrumpunt enim, verum non similiter. Differentibus autem operationibus epieikeia et pravitate, et hiis quidem eligibilibus existentibus, hiis autem fugiendis, hiis autem neutris, similiter habent et delectationes; secundum unamquamque enim operationem propria delectatio est. Que quidem igitur studiose propria epieikes, que autem prave mala. Et enim concupiscentie bonorum quidem laudabiles, turpium autem vituperabiles.

Magis propria autem operationibus que in ipsis delectationes concupiscentiis. Hee quidem enim distincte sunt et temporibus et natura, hee autem propinque operationibus et indistincte sic ut habeant dubitationem si idem est operatio delectationi. Non tamen utique delectatio videtur esse intellectus neque sensus; inconveniens enim. Sed propter non separari videntur quidem quibusdam idem. Quemadmodum igitur operationes alie, et delectationes. Differt autem visus a tactu puritate, et auditus et olfactus a gustu; similiter utique differunt et delectationes, et ab hiis que circa mentem, et utreque ab invicem. Videtur autem esse unicuique animali et delectatio propria quemadmodum et opus; que enim secundum operationem. Et singulo quoque autem speculanti hoc utique apparebit. Altera enim equi delectatio et canis et hominis, quemadmodum Eraclitus ait asinum fenum utique eligere magis quam aurum; delectabilius enim nutrimentum auro asinis. Que quidem igitur diversorum specie differunt specie, eas autem que eorundem indifferentes rationabile esse. Differunt autem non parum in hominibus; eadem enim hos quidem delectant, hos autem contristant, et hiis quidem tristia et odibilia sunt, hiis autem delectabilia et amabilia. Et in dulcibus autem hoc accidit; non enim eadem videntur febricitanti et sano, neque calidum esse debili et bene habenti. Similiter autem et in aliis hoc accidit. Videtur autem in omnibus esse quod videtur studioso. Si autem hoc bene dicitur, quemadmodum videtur, et est uniuscuiusque mensura virtus et bonus secundum quod talis, et delectationes erunt utique que huic videntur, et delectabilia quibus hic gaudet. Que autem huic tristia, si alicui appareant delectabilia, nichil admirabile. Multe enim corruptiones et nocumenta hominum fiunt; delectabilia autem non sunt, sed hiis et sic dispositis. Confessas quidem igitur turpes manifestum quod non dicendum delectationes esse, nisi corruptis. Que autem epieikes esse videntur, qualem vel quam dicendum hominis esse? Vel ex operationibus manifestum; hiis enim sequuntur delectationes. Sive una est sive plures que perfecti et beati viri, has perficientes delectationes principaliter dicentur utique hominis delectationes esse; relique autem secundario et multipliciter quemadmodum operationes.

Dictis autem hiis que circa virtutes et amicitias et delectationes, reliquum de felicitate typo pertransire, quia finem ipsam ponimus humanorum. Resumentibus autem prius dicta compendiosior utique erit sermo. Diximus autem quoniam non est habitus; et enim dormienti per vitam existenti utique plante viventi vitam, et infortunato maxime. Si utique hoc non placet, sed magis in operatione quadam ponendum, quemadmodum in hiis que prius dictum est, operationum autem hee quidem sunt necessarie et propter alia eligibiles, hee autem secundum se ipsas, manifestum quoniam felicitatem earum que secundum se ipsas eligibilium aliquam ponendum, et non earum que propter aliud. Nullo enim indigens felicitas, sed per se sufficiens. Secundum se ipsas autem sunt eligibiles a quibus nichil queritur preter operationem. Tales autem esse videntur que secundum virtutem actiones; bona enim et studiosa agere eorum que propter se ipsa eligibilium. Et ludorum delectabiles; non enim propter alia ipsos eligunt; leduntur enim ab ipsis magis quam iuvantur, negligentes corporum et possessionem. Refugiunt autem ad tales conversationes felicitatorum multi; propter quod apud tyrannos

approbantur in talibus conversacionibus eutrapeli. Que enim appetunt in hiis tribuunt se ipsos delectabiles. Indigent autem talibus. Videtur quidem igitur felicitativa hec esse propter eos qui in potentatibus hiis vacare. Nullum autem forte signum tales sunt. Non enim in potentatu esse virtus neque intellectus a quibus studiose operaciones. Neque si ingustabiles isti existentes delectacionis sincere et liberalis ad corporales refugiunt, propter hoc has existimandum eligibiliores esse. Et enim pueri que apud ipsos preciosa optima existimant esse. Racionale utique quemadmodum pueris et viris altera videntur preciosa, sic et pravis et hiis qui epyykees. Quemadmodum igitur multociens dictum est, et preciosa et delectabilia sunt que studioso talia entia. Unicuique autem que secundum proprium habitum eligibilissima operacio, et studioso autem que secundum virtutem. Non in ludo igitur felicitas. Et inconveniens finem esse ludum, et negociari et malum pati per omnem vitam omnium ludendi gratia. Omnia enim ut est dicere alterius gratia eligimus preter felicitatem. Finis autem hec. Studere autem et laborare ludi gratia insipiens videtur et valde puerile. Ludere autem ut studeat secundum Anathasem recte habere videtur. Requiei enim assimilatur ludus. Impotentes continue laborare requie indigent. Non utique finis requies. Fit enim gratia operacionis. Videtur autem felix vita secundum virtutem esse. Hec autem cum studio, sed non in ludo. Meliora que dicimus studiosa esse ridiculis et cum ludo. Et melioris semper principium et hominis studiosiorem operacionem. Que autem melioris melior et felicior est iam. Fruetur utique delectacionibus corporalibus quicumque et bestiale non minus optimo. Felicitatem autem nullus bestiali communicat vel tribuit, si non et vitam. Non enim in talibus conversacionibus est felicitas, sed in hiis que secundum virtutem operacionibus, quemadmodum et prius dictum est.

Si autem est felicitas secundum virtutem operacio, racionabile secundum optimam. Hec autem utique erit
sui optimi. Sive utique intellectus hoc sive aliud quid quod utique hoc secundum naturam videtur principari et dominari et intelligentiam habere de bonis et divinis, sive divinum et ipsum, sive eorum que in nobis divinissimum, huius operacio secundum propriam virtutem erit utique perfecta felicitas. Quoniam autem est speculativa dictum est. Confessum autem hoc utique videbitur esse et hiis que prius et vero. Optima enim et hec operacio. Et enim intellectus eorum que in nobis, et cognoscibilium esse que intellectus. Est autem continuissima. Speculari enim possumus continue magis quam operari quodcumque. Existimamusque oportere delectacionem admixtam esse felicitati. Delectabilissima autem earum que secundum virtutem operacionum que secundum sapientiam confesse esse. Videtur igitur philosophia admirabiles delectaciones habere puritate et firmitate. Racionabile autem scientibus quam querentibus delectabiliorem conversacionem esse. Et que dicitur autharkia esse speculativam maxime utique erit. Ad vite quidem enim necessaria et sapiens et iustus et reliqui indigent. Talibus autem sufficienter largitis iustus quidem indiget ad quos iuste operetur et cum quibus, similiter autem et temperatus et fortis et aliorum unusquisque. Sapiens autem secundum se ipsum ens potest speculari. Et quanto sapientior utique erit magis. Melius autem forte cooperatores habens, sed tamen per se sufficientissimus. Videbitur autem utique ipsa sola propter se ipsam diligi. Nichil enim ab ipsa fit preter speculari. Ab operabilibus autem vel plus vel minus acquirimus preter actionem. Videturque felicitas in vacatione esse.

Non vacamus enim ut vacemus et bellamus ut pacem ducamus. Practicarum quidem igitur virtutum in politicis vel bellicis operaciones sunt. Que autem circa hec actiones videntur non vacative esse, bellice quidem et perfecte. Nullus enim bellare eligit eius quod est bellare gratia, neque preparat bellum. Videbitur enim utique omnino violentus quis esse si amicos oppugnaciones faceret ut pugne et occisiones fierent. Est autem et que politici non vacativa et preter ipsum civilem conversari acquirens potentatus et honores vel magis felicitatem ipsi et civibus alteram existentem politicam, quam et querimus manifeste ut alteram existentem. Si utique earum quidem que secundum virtutes actionum politice et bellice pulcritudine et magnitudine precellunt, hec autem non vacative et finem aliquem appetunt et non propter se ipsas sunt eligibiles,

Intellectus autem operatio studio differre videtur speculativa existens, et preter ipsam nullum appetere finem, habereque delectationem perfectam propriam. Hec autem magis coauget operationem, et per se sufficiens et vacativum et laboriosum ut humanum et quecumque alia beato attribuuntur secundum hanc operationem apparent existentia. Perfecta utique felicitas hec utique erit hominis, accipiens longitudinem vite perfectam. Nichil enim imperfectum eorum que felicitatis.

Talis autem utique melior vita quam secundum hominem. Non enim secundum quod homo est sic vivet, sed secundum quod divinum aliquid in ipso existit. Quanto autem differt hoc a composito, tanto operatio ab ea que secundum aliquam virtutem. Si utique divinum intellectus ad hominem, et secundum hunc divina vita ad humanam vitam. Oportet autem non secundum suadentes humana sapere hominem entem, neque mortalia mortalem, sed in quantum contingit immortale facere, et omnia facere ad vivere secundum optimum eorum que in ipso. Si enim et mole parvum est, potentia et preciositate multo magis omnibus superexcellit. Videbitur autem utique et unumquodque esse hoc, siquidem principale et melius. Inconveniens igitur fiet utique si non suam ipsius vitam eligat, sed alicuius et ceterorum. Prius congruit et nunc. Proprium enim unicuique natura optimum et delectabilissimum est unicuique. Et homini utique que secundum intellectum vita, siquidem maxime utique hoc homo. Iste ergo et felicissimus.

Secundo autem que secundum aliam virtutem. Secundum ipsam operationes humane. Iusta enim et fortia et alia que secundum virtutes ad invicem agimus in commutationibus et necessitatibus et actionibus omnimodis et passionibus quod decet unicuique observantes. Hec autem esse videntur omnia humana. Quedam autem et accidere a corpore videntur, et multum coappropriari passionibus moris virtus. Coniugata est autem et prudentia moris virtuti, et hec prudentie, siquidem principia secundum morales sunt virtutes, rectum autem quod moralium secundum prudentiam. Complicate autem et passionibus, et circa compositum utique erunt. Compositi autem virtutes humane, et vita que secundum has, et felicitas. Que autem intellectus separata. Tantum enim de ipsa dictum est. Certius enim dicere maius proposito est. Videbitur autem utique et exteriori largitione in parvum vel minus indigere morali. Necessariis autem quidem enim ambobus opus sit ex equali. Et si magis laborat circa corpus politicus et quecumque talia, parvum utique quid differet. Ad operationes autem multum differet. Liberali quidem enim opus erit pecuniis ad agere liberalia, et iusto utique ad retributiones. Voluntates enim immanifeste. Simulant enim et non iusti iuste agere velle. Forti autem potentia, siquidem perficit aliquid eorum que secundum virtutem, et temperato potestate. Qualiter erit manifestus vel iste vel aliorum aliquis. Queritur autem utrum principalius virtutis electio vel actiones, ut in ambabus existentis. Perfectum utique manifestum quod in ambabus utique erit. Ad actiones autem multis opus est. Et quanto utique maiores sunt et meliores pluribus. Speculanti autem nullo talium ad operationem necessitas, sed ut dicere et impedimenta sunt ad speculationem. Secundum quod autem homo est et pluribus convivit, eligit que secundum virtutem agere. Opus habebit igitur talibus ad humaniter conversari. Perfecta autem felicitas quod speculativa quedam est operatio, et hinc utique apparebit. Deos enim maxime suspicati sumus beatos et felices esse. Actiones autem quales attribuere debitum ipsis? Utrum iustas? Vel derisibiles apparebunt contrahentes et deposita reddentes et quecumque alia talia. Sed fortes sustinentes terribilia et periclitantes quia bonum? Vel liberales? Cui autem dabunt? Inconveniens autem et si erit ipsis numisma vel aliquid tale. Si autem temperati, quid utique erit? Vel honerosa laus, quoniam non habent pravas concupiscentias. Pertranseuntibus autem omnia apparebunt utique que circa actiones parva et indigna diis. Sed tamen vivere omnes suspicati sunt ipsos, et operari. Non enim quod dormire quemadmodum Endimiona. Viventi utique ab agere ablato, adhuc autem magis a facere, quid relinquitur preter speculationem? Quare dei operatio beatitudine differens speculativa utique erit. Et humanarum utique que huic cognatissima felicissima. Signum autem et non participare reliqua animalia felicitate, tali operatione privata perfecte. Diis quidem enim omnis

vita beata, quibus inquantum similitudo quedam operationis talis existit. Aliorum autem animalium nullum felix est, quia nequaquam communicat speculatione. In quantum utique protenditur speculatio, et felicitas. Et quibus magis existit speculari, et felices esse, non secundum accidens, sed secundum speculationem. Hec enim secundum se ipsam honorabilis. Quare erit utique felicitas speculatio quedam.

Opus autem erit et exteriori prosperitate homini existenti. Non enim per se sufficiens natura ad speculari, sed oportet corpus sanum esse et cibum et reliquum famulatum existere. Non tamen existimandum multis et magnis indigere futurum felicem, si non contingit sine exterioribus bonis beatum esse. Non enim in superhabundantia per se sufficiens, neque iudicium, neque actio. Possibile autem et non principantem terre et maris agere bona. Et enim a moderatis poterit utique aliquis agere secundum virtutem. Hoc autem est videre manifeste. Ydiote enim potentibus non minus videntur studiosa agere, sed et magis. Sufficiens autem tanta existere. Erit enim vita felix secundum virtutem operantis. Et Solon autem felices forte enunciavit bene dicens moderate hiis que extra ditatos, agentes autem optima ut existimabat, et viventes temperate. Contingit enim moderata possidentes agere que oportet. Videtur autem et Anaxagoras non divitem neque potentem existimare felicem dicere, quia non utique admirabitur si inconveniens appareat multis. Isti enim iudicant hiis que extra, hec sentientes solum. Consonare utique sermonibus videntur sapientum opiniones. Fidem quidem igitur opiniones et talia habent quandam. Verum autem in operabilibus ex operibus et vita iudicatur. In hiis enim dominans. Intendere utique predicta oportet ad opera et vitam inferentes. Et consonantibus quidem operibus acceptandum, dissonantibus autem sermones suspicandum. .al' suspicandum Secundum intellectum autem operans et hunc curans et dispositus optime et deo amantissimus videtur esse. Si enim quedam cura humanorum a diis fit quemadmodum videtur, et erit utique rationabile gaudere ipsos optimo et cognatissimo. Hic autem utique erit intellectus. Et diligentes maxime hoc et honorantes benefacere ut amicis ipsis curantes, et recte et bene operantes. Quoniam autem hec omnia sapienti maxime existunt, non immanifestum. Deo amantissimus igitur. Eundem igitur convenientes et felicissimum. Quare .al' insile et utique sic erit sapiens maxime felix.

Utrum igitur si de hiis et virtutibus, adhuc autem et de amicitia et delectatione sufficienter dictum est typis, finem habere existimandum electionem? Aut quemadmodum dicitur, non est in operabilibus finis speculari singula et cognoscere, sed magis operari ipsa. Nichil enim de virtute sufficiens scire, sed habere et uti temptandum, vel si aliqualiter boni fiamus. .al' fiamus Si quidem igitur essent sermones per se sufficientes ad faciendum studiosos, multas utique mercedes et magnas iuste ferrent secundum Theognim, et oporteret utique hac tribuere. Nunc autem videntur provocare quidem et movere iuvenum liberales posse sermones, et morem nobilem et ut vere amantem boni facere utique fatalochum ex virtute. Multos autem non posse ad bonitatem provocare. Non enim nati sunt vereri, sed timori, neque recedere decedere a pravis propter turpe, sed propter penas. Passione enim viventes proprias delectationes persequuntur et per quas hee erunt, fugiunt autem oppositas tristicias. Boni enim et ut vere delectabilis neque intellectum habent, non gustantes existentes. Tales autem quis utique sermo transformaret? Non enim possibile vel non facile ex antiquo consuetudinibus sermonum transformare. Amabile autem forte est si omnibus existentibus per que epyeikes videtur fieri accipiamus secundum virtutem. Fieri autem bonos existimant hii quidem natura, hii autem consuetudine, hii autem doctrina. Quod quidem igitur nature, manifestum quod non in nobis existit, sed per aliquam divinam causam ut vere bene fortunatis existit. Sermo autem et doctrina ne quando non in omnibus potest, sed opus est preparatum esse consuetudinibus auditoris animam ad bene gaudendum et odiendum, quemadmodum terram nutrientem semen. Non enim utique audiet sermonem commoventem, neque intelliget qui secundum passionem. Sic autem habentem qualiter possibile persuadere? Totaliter autem non videtur sermoni obedire passio, sed violentia. Oportet utique morem preexistere .al' violentie aliqualiter proprium virtutis, diligentem bonum et aspernantem turpe. Ex iuvene autem

ductione recta sortiri ad virtutem difficile a non
autem a talibus nutritum legibus. ¶ Temperate enim
vivere et perseveranter non delectabile multis,
et maxime iuvenibus. Propter quod legibus oportet ordinatam esse
nutritionem et adinventiones; non enim erunt tristia con-
suetudine facta. ¶ Non sufficiens autem forte pa-
al' iuvenes ssiones existentes nutritionem et curam sortiri
rectam. Sed quia et virum factos oportet adinvenire ipsa et assue-
fieri, et circa hec indigebimus legibus, et totaliter
utique circa omnem vitam. Multi enim necessitati magis
quam sermoni obediunt et iacture quam bono. Propter quod
existimant quidam positores legis oportere quidem
advocare ad virtutem et provocare boni gratia, tamquam
obedientibus hiis qui epyeikes consuetudinibus
precedentibus. ¶ Inobedientibus autem et de-
generibus existentibus et penas et punitiones
apponere, insanabilem autem totaliter extermina-
re. Epyeikea quidem enim et ad bonum viventem
sermoni obedire. ¶ Pravum autem delectationis appe-
tentem tristitia puniri, quemadmodum subiugale.
Propter quod et aiunt oportere fieri tales tristitias que
maxime contrariantur amatis delectationibus. ¶ Si
bonum igitur quemadmodum dictum est futurum oportet nutriri bene et
et assuefieri. ¶ Deinde sic in adinventionibus studiosis
vivere, et neque nolentem neque volentem agere agere
prava oportet. Hec autem fient utique viventibus secundum quendam
intellectum et ordinem rectum habentem fortitudinem. Pa-
terna quidem igitur preceptio non habet forte neque coactivum neque
totaliter utique que unius viri non regis existentis
vel alicuius talis. ¶ Lex autem et coactivam habet
potentiam, sermones ab aliqua prudentia et intellectu. Et ho-
dat minum quidem odiunt contrariantes impetibus, et si recte ipsos
operentur. ¶ Lex autem non est onerosa precipiens
epyeikes.

In sola autem Lacedemoniorum civitate cum paucis le-
gis positor curam videtur fecisse et nutritionis et ad-
inventionum. In pluribus autem civitatibus negle-
ctum est de talibus, et vivit unusquisque ut
vult, cyclopice themistevon puerorum et uxoris. Opti-
mum quidem fieri communem curam et rectam et operari ipsam
posse. Communiter autem neglectis, unicuique videbitur
utique convenire suis filiis et amicis ad virtutem
conferre vel eligere quidem. ¶ Maxime autem utique hoc
posse videbitur ex dictis legis positivus factus. Com-
munes quidem enim cure manifestum quod per leges fiunt, epyeikes

autem que per studiosas. Scriptis autem vel non scriptis
nichil utique videbitur differre, neque per quas unus
vel plures erudientur, quemadmodum neque in musica
neque gymnastica et aliis adinventionibus. Quemad-
modum enim in civitatibus potestatem habent legalia et mo-
res, sic et in domibus paterni sermones et mores, et
et adhuc magis propter cognationem et beneficia. Pre-
existunt enim diligentes et facile obedientes
natura. ¶ Adhuc autem et differunt per unumquemque discipli-
ne communium, quemadmodum in medicinali: universaliter quidem enim fe-
bricitanti confert abstinentia et quies, ali-
cui autem forte non. Et pugil forte non omnibus eandem
pugnam circumponit. ¶ Certius autem agere et
videbitur utique unumquodque, agere propria cura
facta. Magis enim congruente potitur unusquisque. Sed
curabit quidem optime singulariter et medicus et gymnasticus al' unum
et omnis alius universale sciens, quod omnibus vel talibus autem con- al' quod
gruit. ¶ Communium enim scientie dicuntur et sunt. Non solum sed
et uni alicui, et nichil forte prohibet bene cura-
re et non scientem, expertem considerantem autem
diligenter accidentia in unoquoque propter experientiam,
quemadmodum et medici quidam videntur sui ipsorum optimi
esse, alii autem nichil utique potentes sufficere.
Nichilominus autem forte volenti artifici et
speculativo fieri ad universale videbitur esse eundem
utique, et illud cognoscendum qualiter. Dictum est al' ut
enim quod circa hoc scientie. Forte autem utique et volenti
per curam meliores facere sive multos sive
paucos, legis positivum temptandum fieri. Si et
per leges boni fiamus utique. Quamcumque enim et propositam al' q' al' q'
dispositionem bene non est cuiuslibet, sed siquidem alicuius al' dispositione
scientis, quemadmodum in medicinali et reliquis quorum
est cura aliqua et prudentia. ¶ Igitur post hoc in-
tendendum unde et qualiter legis positivus fiet
utique quis, vel quemadmodum in aliis a politicis.
Particula enim videbatur politice esse. Vel non simile videtur
in politica et reliquis demonstrativis scientiis et
potentiis. Aliis quidem enim eidem videntur et potentias
tradentes et operantes ab ipsis, puta medici, scriptores.
¶ Politica autem repromittunt quidem docere
sophiste, agit autem ipsorum nullus, sed civiliter conversan-
tes, qui videbuntur utique potentia quadam hec
agere et experientia magis quam mente. Neque enim
scribentes neque dicentes de talibus videntur, quam-
vis melius erat forte quam sermones iudiciales

et deo amabilissimos. In civitatibus politice facientes
suos filios vel aliquos amicorum alios. Ro-
nabile autem erat siquidem poterant. Neque enim
civitatibus nichil melius relinquerent utique
magis tali potentia, neque utique amicissimis. Non
tamen parvum experientia videtur conferre. Non enim utique
fierent per politicam consuetudinem magis poli-
tici. Propter quod desiderantibus de politica scire opus
esse videtur experientia. Sophistarum autem reppro-
mittentes valde videntur longe esse a docere.
Totaliter quid quale quid est neque circa qualia et
qualia sciunt. Non enim utique eandem rethorice
neque deteriorem ponerent. Neque utique existima-
rent facile esse leges ponere congregantem approbatas
legum. Eligere enim esse optimas, quasi ad-
neque electionem existentem intellectus et iudicare re-
cte maximum, quemadmodum hiis que circa musicam.
Experti enim circa singula iudicant recte, per que
vel qualiter perficiuntur intelligentes, que quibus et
qualia qualibus concordant. Inexpertis autem ama-
bile non latere vel bene vel male fiat opus, quem-
admodum in scriptura. Leges autem politicis operibus
assimulantur. Qualiter igitur ex hiis legis-
positivus fiet utique aliquis vel optimas iu-
dicare? Non enim videntur neque medici ex scrip-
turis fieri. Quamvis temptent non solum dicere
curationes, sed ut sanentur utique et ut oportet cura-
re singulos dividentes habitus. Hec autem expertis quidem
utilia esse videntur, nescientibus autem inutilia. For-
te igitur et legum et politiarum congregationes potentibus
quidem speculari et iudicare quid bene vel contrarium
vel qualia qualibus congruunt utilia erunt utique,
hiis autem que sine habitu talia pertranseunt iudica-
re quidem bene non utique existit, si non quidem a casu.
Intelligibiliores autem ad hec forte utique fient.
Relinquentibus igitur prioribus inperscrutabile quidem
de legis positione ipsos intendere magis melius
forte et totaliter utique de politica, ut ad posse
que circa humana philosophia perficiatur. Primum
quidem igitur si quid secundum partem dictum est bene a progenito-
ribus temptemus pertransire. Deinde ex congregatis
politias speculari qualia salvant et corrum-
punt civitates, et qualia singulas politi-
cas, et propter quas causas hee quidem bene, hee autem contrarie
civiliter aguntur. Consideratis enim hiis forte

utique magis conspiciemus et qualis politia
optima, et qualiter unaqueque ordinata, et quibus
legibus et consuetudinibus utens. Dicamus igitur
incipientes. Explicit liber ethicorum aristotilis.

Deo gratias amen amen amen amen amen amen amen

Adhuc preter ipsam trinitatem et ipsam du-
alitatem quomodo erunt alie trinitates et
dualitates, et quomodo ex prioribus unitatibus et
posterioribus componuntur? Omnia enim hec sunt
ficticia, et impossibile esse primam dualitatem, deinde
ipsam trinitatem. Necesse autem quando quidem
erit unum et indeterminata dualitas ele-
menta. Si autem impossibile, et principia esse hec im-
possibile. Si quidem igitur differentes unitates
qualescumque quelibet, necesse hec et talia alia ac-
cidunt ex necessitate. Si autem que quidem in alio
differentes, que autem in eodem numero indifferentes in-
vicem sole, et sic in nullo minores accidunt
difficultates. Ut puta enim in denario ipso in-
sunt decem unitates, componitur autem et ex his
et ex duobus quinariis.

Haurit aquas cribro qui discere vult sine libro

Quoniam autem non quibuscumque numerus iste denarius neque
componitur ex quibuscumque quinariis sicut
neque unitatibus, necesse differre unitates in de-
nario hoc. Si enim non differunt, neque quinarii
differunt ex quibus est denarius. Quoniam autem
differunt, et unitates differunt. amen amen

Yconomica et politica
differunt non solum quantum
quantum domus et civitas hec autem subiec-
ta sunt eis. verum et quod politica quidem
ex multis principibus est yconomica vero
monarchia. Artium quod alique sunt
distincte et non est eiusdem facere et uti eo
quod puta lira et fistula. Politice vero
est et civitatem ab initio construere et exis-
tente uti bene. palam quod yconomice sit
et domum acquirere et uti ea. Civitas quidem
igitur est domorum pluralitas et ipsiorum et posses-
sionum habundans ad bene vivendum palam
est enim quod quando nequeunt hoc habere dissolvitur et
communicatio. Amplius autem huius causa convenit
sequitur enim autem causa unumquodque est ut finem est
et substantia eius est huius gratia. Quare palam
quod yconomica prior politica est et eius opus
ipsa enim civitatis domus est. Videndum igitur
de yconomica et quid sit opus eius. Pars vero do-
mus homo est et possessio. Cum autem primum in minimis
natura singularum reperitur et de domo quod uti
que operatur habet. unde secundum Esiodum oportet utique esse dominum
quidem prius uxorem que et bovem arantem hoc quidem
enim nutrimenti gratia prius illud autem liberorum,
quare oportet utique que de uxoris tractanda sunt
bene disponere hoc autem est qualem oportet eam esse in-
struens. Possessionis autem prima cura ea que
secundum naturam laboratoria prior et secundum quod de
terra ut metallica et siqua alia huiusmodi geor-
gica maxime que iusta est inhumanum nec viole-
ter sicut bellice. Amplius et eorum que
secundum naturam naturaliter est amare nutrimen-
tum omnibus est quam et hominibus a matre. Ad hoc
autem ad fortitudinem multum offert. non enim
sicut fabriles corpora inutilia faciunt. Set
potius foras pergere et laborare. Amplius autem
potentia periculare ad usus hostes. Ho-
rum enim tantum possessiones sunt extra domum. Omni-
bus enim de coniuge post eam. Communicatio namque
naturalis femine atque et masculo est prin-
cipue. Subpositum est quidem enim a nobis in aliis
quoniam multa huiusmodi natura optari affectat sicut
et animalium unumquodque impossibile tamen feminam sine

masculo et masculum absque femina hoc est
efficere quare de necessitate eorum consistit in commu-
nicatione societas. In aliis quippe alioquin
irrationabiliter id existit et in quantum nature parti-
cipant tantum solummodo plus gratia procreande. In
mitis autem et prudentioribus magis est dearticu-
latum. Apparent enim magis auxilia facta et ami-
citie et cooperationes invicem. In homine tamen ma-
xime. quoniam non solum essendi verum et bene essendi
cooperatores masculus et femina sibi invicem
sunt consiliorum natura non immunitum causa
natura solum. Set et utilitatis. Que enim po-
tentes impotentibus fecerint. Iterum reportant
a potentibus et in senio impotentes effecti. Si-
mul autem et natura hec providere semper esse
enim per unumquodque nequeat per speciem tamen sic proordina-
ta sunt divino divinis utriusque nature mas-
culi et femine ad communitatem assumpta est ad
hoc omnia utilem habere virtutem. Set quecum-
que omnia quidem ad idem vero contentia aliud
quidem in fortius. aliud vero singulis in-
ferat ut unum magis se custodiat propter timo-
rem aliud vero invadat propter fortitudinem et aliud
quod querat que foris ista sint. illud vero
salvet que sunt intus et ad operationem illud quod
potens esse robustum et illud vero ad quietem
debile. Ad mores autem salubrius. Et de fi-
liis generationem quidem proprium utilitatem vero commu-
nem quidem enim nutrire hoc vero docere est.

Primo quidem igitur leges ad uxorem et
non iniuriari. Sic enim utique nec ip-
se iniuriam patietur. hoc enim et communis
lex sequitur. sicut et pictagorici dicunt tam-
quam famulam ductam de lare nequaquam
decet opprimari. Iniuria autem viri commune
decet enim foris fiunt. De coitu vero in-
nec indigere nec tamquam absentium continere non
posse. Set taliter uti quod sufficiat presente
bene et hec quod yesiodus dicat oportet puellam
ducere ut doceat bonos mores. Nam dis-
similitudines morum nequaquam et amabile.
De ornatu vero sicut nec moribus oportet
elatos invicem appropinquare. sic nec corpori-
bus. Ornatus autem nichil differens est.

locutionis tragedias imponentem ad iuvenem.
¶ De possessionibus autem primum quod opti-
mum et principalissimum. Hoc autem est homo. Propter
quod oportet primo servos studiosos ordinare.
¶ Servorum tamen species due: curator et operator.
Quia vero videmus quod doctrine quales quos-
dam iuvenes faciunt, necesse est ordinatorem
nutrire quibus attendendum est opera liberalia.
Colloquium vero ad servos ut neque iniuriari
nec permittere dissolutos. ¶ Et liberalioribus quidem
honorandum, operatoribus vero pluralitatem
ciborum. Et quoniam potatio vini iniuriosos liberos fa-
cit et multe gentes recedunt et liberi,
sicut Carchedonenses in exercitu, manifestum quod
de hoc aut nichil aut parum est dandum.
Existentibus vero tribus, opere, pena et nutrimento, quod
nec puniri nec operari, victum habere iniuriam
facit. Alterum vero opera quidem et penas habere, nu-
trimentum autem non, violentum et debilitatem facit. Re-
linquitur ergo opera dare et nutrimentum sufficientem.
Non enim sine mercede possibile dominari. Servo autem
merces victus. Sicut autem aliis quando contingit bonis
non fit melioribus, neque premia bonita-
tis et malitie, et peiores fiunt. ¶ Sic et
de servis. Propter quod considerare oportet et distribu-
ere singula, et dignitatem nutrimenti et vestitum
et otium et penas verbo et opere imitantes medi-
cos virtutem infirmitatem medicine respicien-
do, quoniam cibus non est pharmaca propter continuum.
Genera autem ad opera sunt optima que
nec timida nec forcia valde. Utrique enim
iniuriam agunt, et qui valde timidi non patient-
es, et iracundi non bene obediunt. ¶ Oportet autem et
omnibus finem facere. Iustum enim et commodatum liberta-
tem mercedem poni. Volunt enim laborare cum
merces est et tempus determinatum. Oportet vero et
[illegible] quas et rectos oportet habere et eos que
tere, possibile oportet esse et custodire. ¶ Si vero non
in civitatibus acquirendi, nec non esse or-
nati et nobilium. Horum enim gratia multi egent. Dis-
tinguere tamen oportet singula et magis fructifera
quam infructifera esse, et sic operationes distribuere.
¶ Ad custodiam vero Persicis et Laconicis
utia actam non dispositio utilis retribuenteo

eum emunt et quia ex eius dispositione oportet esse
maiorem curam. Ordinem propter non est in principatibus dispo-
sitionibus. Persica vero omnia ordinari et omnia
ad ipsum respicere, quemadmodum Dyo dicebat
Dionisio. Nemo enim aliena et propria similiter cu-
rat. Unde quod est convenit per se fieri oportet et
curam. Et Persicam et Libicam proverbium bene
habet. Alius quidem interrogatus quid maxime equum
impinguat, domini oculus inquit. ¶ Libicus vero
interrogatus quale stercus optimum, domini
vestigia dixit. Custodienda enim alia quidem
per ipsum, alia vero uxorem ut utrisque distin-
guuntur opera dispositionis, et hoc faciendum in parvis qui-
dem ordinationibus, distinguuntur raro in his
vero que sub cura sunt sepe. Non enim possibile
nisi bene appareat bene imitari, nec in
aliis nec in cura. Unde impossibile negligenti-
bus dominis superastantes sollicitos esse.
¶ Cum autem hec et ad virtutem bona et ad dis-
positionem utilia, oportet prius servis dominos surgere et
dormire ultimos, et numquam sine custodia domum
esse sicut et civitatem, et quecumque oportet facere
non derelinquere nec nocte nec die obmittere. Sur-
gere tamen de nocte, hoc enim et ad sanitatem et
ad dispositionem et philosophiam utile. In modicis
quidem rebus atticus modus usus fructuum u-
tilis. ¶ In magnis autem divisis ubi usque
que ad annum et mense consumitur. ¶ Item
autem de supellectilium usu eorum que cotidie et
eorum que raro hoc tradendum superastantibus. Insu-
per et eorum custodiam per tempus aliquod fi-
unt ut non lateat quod salvum est et quod deest.
Domum est etiam ad rerum custodiam constru-
endum et ad sanitatem et ad salutem ipsorum.
Dico autem et rebus quidem puta victualibus
et in vestimentis quibus expedit et victuali-
um qualis sicca et qualis humida aliarumque
rerum qualis animatis et servis et liberis
et feminis et masculis et extraneis et civi-
bus et ad salutem et ad sanitatem oportet esse eam
in quod per estatem algida, vero per hiemem. Hec tamen sit
versus boream et non equaliter lata. Hiis autem et in
magnis yconomiis utilis quod in aliis operi-
bus sit inutilis ad salutem inservientium acceptum